


0  
1  
2  
3  
4  
5  
6  
7  
8  
9  
10  
11  
12  
13  
14

*Del Colegio de Granada de la Comp<sup>a</sup> de SAs*  
DE R. 1694 B

H Y D R O - *De*  
PHOBIAE NATV- *Del apofent<sup>o</sup>*  
ra,caufis, atq; medela, Liber *del Sr Odel*  
vnus. Auctore Ioãne Brauo *de Neurologia*  
Petrafitano Scholæ Me-  
dicæ Salmanticenfis  
publico Profes- *Non indaga*  
fore. *correctione*

*Ad amplifimum & illuftrifimum*  
Dnnum PETRUM  
PONTIVM Epi-  
fcopum Placenti-  
num.



SALMANTICÆ  
Excudebat Ioãnes Baptifta à Terranova.  
M. D. LXXI.

*Del Colegio de Granada de la Comp<sup>a</sup> de S. P. N.  
R. 1694 B*


**H Y D R O -** *Dr*  
**PHOBIAE NATV -** *Del apofenta*  
*del S. Odel*  
*de Neurologia*  
ra, caufis, atq; medela, Liber  
vnus. Auctore Ioãne Brauo

Petrafitano Scholæ Me-  
dicæ Salmanticenfis

publico Profes-  
fore.

*Non indept  
correctione*

*Ad ampliffimum & illuiffimum*  
Dominum **P E T R U M**  
**P O N T I V M** Epi-  
fcopum Placenti-  
num.



**S A L M A N T I C A E**

Excudebat Ioãnes Baptifta à Terranoua.

M. D. LXXI.

## L I C E N C I A .

**D** O N Phelippe por la gracia de Dios Rey de Castilla, de Leõ, de Aragõ, de las dõs Sicilias de Ierusalẽ, de Nauarra, de Granada, de Toledo de Valencia, de Galicia, de Mallorcãs, de Seuilla, de Cerdeña, de Cordoua, de Corcega, de Murcia, de Iaen, de los Algarues, de Algezira, de Gibraltar, Duq de Milan, Conde de Flandes, e de Tirol. &c. Por quanto por parte de vos el Doctor Iuan Brauo cathedratico de medicina en la vniuersidad de Salamanca, nos fue fecha relaciõ diziẽdo, que vos auia des cõpuestõ vn libro intitulado, De hydrophobię causis, atq; medela, que era muy vtil y prouechoso para la republica, en que auia des passado mucho trauajo, e nos suplicastẽs õs diessimos licencia y facultad para que lo pudieades imprimir e vèder en estos nros reynos, o como la nra merced fuesse, lo qual visto por los del nro cõsejo, e como en el dicho libro se hizo la diligẽcia, q la prematrica por nos agora nueuamẽte fecha dispone, fue acordado q deuiamos, mandar dar esta nra carta en la dicha razõ, e nos tuuimos lo por bien, por la qual vos damos licencia y facultad, para q por esta vez po-

## LICENCIA.

days hazer imprimir el dicho libro, q̄ de fuso se haze mēción sin por ello caer, ni incurrir en pena alguna, e mādamos q̄ la dicha impresiō se haga del dicho libro, original q̄ vā rubricadas todas las ojas, e firmado al fin del, de Iuan Fernādez de Herrera nro escriuano de camara delos q̄ residē en el nro cōsejo, e q̄ despues de impresso no se pueda vender ni venda, sin que primero se trayga al nro consejo juntamēte con el dicho original para q̄ se vea si la dicha impresiō estā cōforme a el, e se os de licēcia para lo poder vender, tassando ante todas cosas en el nro consejo el pliego, ha que se vniere de vēder cada volumē, so pena de caer e incurrir en las penas cōtenidas en la dicha prematica, e las denros reynos, e mas de la nra merced y de diez mil mrs para la nra camara. Dada en Madrid a diez dias del mes d̄ Abril, de 1571. años. Va sobre raydo, en nuestra camara dada.

El Licēciado	El Doctor Die-	El Licenciado
Menchaca.	gō Gasca.	Fuen Mayor.
El Licenciado Don	El Doctor	
Antonio de Padilla.	Redin.	

Yo Iuā Fernādez de Herrera escriuano de camara de su Magestad la fice escreuir por su mādado, cō acuerdo delos d̄ su Cōsejo.

ILLVSTRIS-  
SIMO SIMVL, ET  
AMPLISS. D. PETRO  
PONTIO Episcopo Placen-  
tino Dño suo plurimum ob-  
seruando, atq; colendo  
Ioannes Brauus Me-  
dicus. S. D.



*V M Nuper visen-  
di tui gratia Bigerrā  
profiscerer, Praesul  
Amplissime, inter alia  
Philosophica, quae ad  
tuam mēsam de more sunt disputata, ce-  
ptum est agi de rabie (quā Graeci, ὡς ἔ-  
φοβίαν, nominant) argumento sanè non  
minus graui, ac difficili, quàm reliquis,  
quae tunc longa oratione, et magno sen-  
tentiarum pondere fuere tractata. Sci-  
tatus*

scitatus es me, unde tantum venenum  
oriretur, qua ratione in homine à rabio  
so cane morso tandiu delitesceret, & an  
verum esset illud Aristotelis: vniuersa  
animalia, quæ à cane rabido sunt com-  
morsa, homine dempto, mori: quod ex-  
perimētum ipsum falsum esse arguit, cū  
es multos homines hæc pestis è medio tol-  
lat. Illa demū fuit mihi proposita dispu-  
tatio, quenam abdita vis rabiosos ho-  
mines, incussa vehementi formidine, ar-  
ceat ab aqua, et an aliqui apud nos Psyl-  
li, seu Marfi extent, quos vulgus homi-  
num, salutatores, appellat, qui animali-  
bus ita affectis præsidio esse possint. Alia  
porro àd hanc rem pertinētia, æquè sub-  
tilia, atq; grauiam tam acutè percōtatus  
es, vt ingenij tui fœlicitatem non possim  
non admirari, qui non solum diuinam

Theo-

Theologiam, ac sacrorum Canonum de-  
creta, quibus disciplinis diuturna pro-  
fessione gloriaris, ac serio triumphas, sum-  
mopere calleas. Sed & hæc natura ar-  
cana, quæ suos Philosophos, atq; medi-  
cos magnopere angit, atq; cruciat, ad eò  
eruditè proponis, & argutè agitas, vt  
in his tota vita insudasse videaris. Ego  
sanè ad tam doctas quæstiones primum  
omnium respondi, me eo tēpore illa om-  
nia difficilia discipulis meis, publico do-  
cendi munere Salmantica interpretari.  
Nam post absolutas prælectiones trium  
librorum τὰν νοσητικῶν Hippocratis mi-  
hi pro huius anni p̄sẽ ab Academia assi-  
gnatas, pauculos dies, qui supererāt ad  
studiorum vacationes de rabie agere de-  
creui: quam occasione mihi, nescio quis  
cōmentarius tertij illius libri obrulerat:

† 4

¶ quo-

Et quoniam esset nostris Philosophis ea  
disputatio minus communis, ac ferè pere-  
grina. Qua nouitate cum argumenti in-  
cūditate coniuncta sperabam auditorū,  
animos recreandos, quos toto ferè anno  
audiendis rebus obscuris, ac laboriosis,  
qualia Prognostica extiterē, defatigau-  
erā. Promisi amplitudini tuæ, Antistes il-  
lustris, vt quamprimum disputationē  
hanc de rabie absoluissem, eam me dili-  
genter scripturum, & ad te missurum.  
Placuit hoc, quæ tua est benignitas, atq;  
humanitas, munusculum tam tenuē ac-  
cipere. En meā fidem iam soluo, quam  
libenti animo adstrinxeram. Mitto er-  
go ad te nostras de rabie commentatio-  
nes, & cogitata: quæ si tu leta fronte ex-  
ceperis, mihi animum addes, vt ali-  
quot opera in lucem edam, quæ perfe-

cta,

Et a, & absoluta iamdiu est quod domi-  
lantant, cum Verear potius labores,  
ac tædia, quæ hac tempestate secum typi  
adferūt, quàm ne minus plausibilia hu-  
ius seculi medicis, ac Philosophis ea vi-  
deantur. E quidem magno teneor desy-  
derio videndi illa typis mandata, tua  
presertim ætate, quam Deus optimus  
Maximus longeuā, ac Nestoream ef-  
ficiat, studiosi omnes precari tenemur,  
cū tu literas, literatosq; omnes tanto  
amore, ac beneficijs prosequaris, quan-  
to nullus principum, vt conijcere cuili-  
bet perspicuè licet ex ijs qui vixerunt,  
quosque longissima posteritas tulit, fuit  
prosecutus. Non narro à me conficta,  
sed omnibus nota, & quæ præ sui ma-  
gnitudine unicuique hominum generi  
conspicua esse merentur. Nam per

† s Deum

Deum immortalem, quis ignorat post  
tanti pontificatus tui statas, solemnēq;  
ceremonias, post data populo responsa,  
post concionandi munus, post tam mul-  
tiplicem sacrarum rerum administra-  
tionem, quantum reliqui temporis alij  
principes turpi otio dare solent, tantum  
te literarum studio tribuere? Alij pa-  
rasitos, & Vanos mensarum asseclas  
pascunt: Tu verò virtutis, ac litera-  
rum studiosos prouehis: Alijs ioci scur-  
riles placent, tibi Doctorum sermones  
dulcissimi sunt. Testis oculatus loquor,  
non auritus tantum, neque ad me va-  
ga fama hæc pertulit, sed ipsi rerum euē-  
tus docuere. Nam cum hic apud nos in  
Concilium Prouinciale cum socijs præ-  
sulibus conuenisses, ac multos proinde  
menses commoratus esses, toto hoc tem-  
pore

pore tuæ, tuorumque valetudinis cu-  
ram gessi. Quare tanquam vetus, as-  
siduusq; hospes hæc, & alia per multa  
ad tuæ gloriæ amplitudinem pertinen-  
tia faciliè potui cognoscere, quam tibi  
diuina potestas indiēs auctiorem red-  
dat, ut per te studia, & literarum cul-  
tores foueantur, & incrementum acci-  
pian. Vale Præsul multis nominibus  
Ampliſſ. & studiosorum omnium hu-  
maniſſ. Mecenas.

IOANNIS DO-  
minici Florentij Ro-  
mani.

Qui rabidos acuis dēteis, armaſq. veneno,  
Et laceraturus ſcripta diſerta venis:  
Neqdā tibi cordatumēt, micat acrib⁹ ignis  
Ex oculis, ſpumā ſordidaq. ora madēt,  
Liuide, nil morſu, & ſaenis latratib⁹ iſtis  
Proſicies, quāuis Cerberus ipſe fores;  
Cerberus infernae metuēdus ianitor aulae,  
Centū angues cingunt cui furiale caput:  
Latratu horriſono veniēteis q. adpetit ūbras  
Et ſaniem, ac virus triplici ab ore vomit:  
Huic qm̄ vt ſat⁹ Anchisæ, Veneriſq. ſupbo  
Connubio, Ditis abdita regna petens  
Viſurus patrem, propriaq. è gente nepotes  
Venturos, orbis dandaq. ſceptra ſuis;  
Aut poti⁹ Vates, comitē quæ ſe addidit illi,  
Quū colubris vidit colla tumere Canis,  
Melle

Melle ſoporatā, & medicatis frugib⁹ offā  
Obiecit, tantae, quā cecidere minae:  
Nāq. vorata illa vict⁹, mox terga reſoluit,  
Et iacuit toto corpore fuſus humi;  
Sic tibi Apollinei Brau⁹, ſplēdorq. decusq.  
Inuēti, hoc libro pharmaca, crede, dabit,  
Inuide, nō ſomno vt iaceas, victuſq. ſopore,  
Vt iacuit Stygias Cerberus ante fores:  
Euomito medius ſed quò rūpare veneno,  
Ne dehinc latratu, aut dēte nocere q. as.  
Proderit illius te nec tetigiſſe trementi  
Ore pedes humilē, te vt modò abire ſinat.  
Nomine qn̄ lecto authoris, tituloq. libelli,  
Seu fuge, ſic ſapies, inuide, ſiue proba.  
Es canis, atq. cani poturo ad flumina Nilī  
Quid noſti euemat, ni citò diffugiat.



EIVSDEM ODE TRICO  
los tetraſtrophos.

Erras, iudice me, pondere qui aestimas  
Res quascunq. voles, moleq. maximas  
Nec metire sua vi,  
Rebus, quae precium facit.  
Porro, praesenti nunc mihi si optio  
Detur, pertenuis eligam Iaspidas,  
Sapphirosq. Pyropoſq.  
Et micas Adamantinas.  
Nec maiora tibi fragmina marmoris  
Illud sit Lybicū, seu Parium, inuideam,  
Ex quo Mercurij, vel  
Formosae Veneris, manu  
Spirent Praxitelis, seu Bonarotij,  
Signa, aut alteri, q. hos magis exprimat,  
Mox latur a Theatris,  
Vel templis superum decus.  
Quis Calthae, Violis, puniceis Rosis,  
Narcisso, exiguis, sed bene olentibus,

Le-

Lethaemūe Papauer,  
Flores siue Cucurbitae,  
Aut Myrto salices praetulerit sacrae?  
Miluū pulli uorum flebili Acredulae?  
Quin & nobilium si autho-  
rum scripta volumina  
Solers discutias, comperies, quibus  
Maiorem adiulerit tenuis in omnia  
Famam saecula; multis  
Magnus quàm ingenij labor.  
Braui non tu ideò, quòd breue opusculum  
Effert, argueris: aequus at arbiter  
Hoc libro vtile quod sit  
Laudato, & studium illius.  
Nanq. is per Sophiae sedulus hortulos  
Decerpit spatians, quae ipse probaueris  
Dat plura interius, quàm  
Prima fronte recluserit.

Errata sic corrigito.

**F**ol. 2. fac. 1. lin. 3. præslata lege præslata. Ibid.  
lin. 10. eritq; erit quâ. Ibid. lin. 23. bibrantiũ vi-  
brantiũ. fol. 9. fac. 2. lin. 19. hibatu habitu. fol. 13.  
fac. 1. lin. 1. estimatiuæ estimatiuæ. fol. 13. fac. 2. lin.  
8. subscibit subscibit. fol. 15. fac. 1. lin. 17. paruibu-  
los paruibulos. fol. 16. fac. 1. lin. 19. frustra frustra.  
Ibid. fac. 2. lin. vehemeter vehemeter. fol. 29. fac. 2.  
li. 22. sic his in sic in his. fol. 23. fac. 2. lin. 20. animad-  
uertimust, n hoc; animaduertim<sup>9</sup> in hoc. fol. 25. pa-  
2. lin. 12. inarescist inarescist. folio. 35. fac. 2. lin. 20.  
aceritas acerbitas. fol. 36. fac. 1. lin. 12. cõplurima  
cõplura. fol. 41. fac. 2. lin. 8. exugerit exuxerit. & in  
marg. lethalis lethale. fol. 42. fac. 1. lin. 6. homor, hu-  
morũ. Ibid. lin. 26. panorũ pannorum.

Cætera leuiora consultò prætermi-  
simus.

Fol. 1.

DE HYDRO-  
PHOBIAE NATU-  
ra, causis, atq; medela, Liber  
vñus. Auctore Ioanne Brauo  
Petrafitano. Scholę Medi-  
cæ Salmanticensis pu-  
blico profes-  
fore.



**D**E Hydrophobia in  
præsentî tractaturi,  
tradituriq; varias ip-  
sius causas originẽ,  
atq; medelã, rectissi-  
mè ab ipsius rei tra-  
ctandæ natura, seu definitione exor-  
diemur: putantes nimirũ cum Cice-  
rone, lib. 1. officiorum, omnem quæ  
à ratione de aliqua re suscipitur, insti-  
tutionem, debere à definitione pro-

A fifici

*De hydrophobiae natura*

*Hydropho-  
bia ex Cœ-  
lio.*

ficisci, vt intelligatur, quid sit id, de quo disputatur. Hydrophobia à Cœlio Aureliano lib. 3. de acutis morbis capit. 9. definitur, vehementem esse aquę timorē, & licet non solum aquã sed & liquida cuncta Hydrophobici pauent, vt infrà dicitur, consuetudo tamē, vt idem. Cœlius scribit magis Hydrophobię nomen retinuit, quòd plus aquam timent ægotantes, quàm alia fluida, vel quod cæteros liquores plurimū aqua antecel- lat. Verūtamen hæc Hydrophobię notio contractior est, & quæ vocis si- gnificatum ex accidenti quodam de- sumptum potiusq̃ rei essentiam ma- nifestat. Quare rectius est Hydro- phobiam dicere, manię quandam esse speciē, à veneno canis rabie ex- candescētis ortam. Ad maniam, seu furorem hoc malum referri, hinc di- scere licet, quòd mania ac deliriū est, quo correpti vinculis sunt coër- cendi,

*Hydropho-  
bię melior  
definitio.*

*atq; medela Liber.*

2

cendi, sic sibi, & adstantibus cõrume- liam inferant. Paul. lib. 3. c. 4. sic ait: si quando verò præaslata plus æquo flaua bilis in atram facta iam fuerit permutatio, maniam inferre solet, in qua ferocius quàm in melancholia desipiunt. Simili in totum dispositio- ne afficiuntur illi, qui ex rabie peri- clitātur. Quapropter rabies nil aliud eritq; mania quædam, siue: furoris species. Quo nomine rabiem Dios- corides appellat, lib. 6. c. 36. cum in- quit: Themisonē alioqui demorsum in hūc furorem incidisse. Quòd etiã Arist. confirmat, lib. 8. de historia ani- malium, cap. 22. dicens: Facit rabies furorē. In eadem est sentētia Ætius, lib. 2. serm. 2. c. 24. cum scribit: canes natura calidos, & siccos per æstatem ex ambiente nos aëre aliam calidita- tem, & siccitatem acquirere, & ob immoderatam intēperaturam infa- nire, & hanc insaniam rabiem voca-

*Mania ex  
Paulo.*

*De hydrophobia natura*

ri, dirum quidem, & molestissimum morbi genus. Quod canib<sup>9</sup> adeo est peculiare, vt ipsi solis primogenia affectione euenire compertum sit. Quod voluit Gal. lib. 6. de locis affectis, cap. 5. in eum scribens modum: cum enim reliquorum animalium nullum rabie prehendatur, solus canis rabie corripitur. Subscribit huic Galeni sententię Aphrodiseus. lib. 1. Proble. 76. & merito quidem. Nam cum; eodem Galeno teste. 2. de simplici. medic. facult. c. 20. canis animal sit calidum, siccum, gracile, musculo sum, pinguedinis expers, latorũ meatuum ab illis causis, quę extrinsecus occurrunt, & noxam inferunt, maxime patitur. Cuius rei euidentissimũ argumentum est, ipsum frigoris, & caloris esse impatiētissimum. Hinc fit, vt per ætatem sub caniculę feruoribus maxime æstuet, & aduratur, bilisq; in eo affetur, assataq; in Melancholiam

*Solus canis rabie prehenditur.*

*atq; medela Liber. 3*

choliam conuertatur, quod nulli alteri animalium euenit. Conciliator tamen differentia. 179. & Matthiolus lib. 6. in Dioscoridem capi. 36. arbitrantur non tantum canes, sed & lupos, vulpes, simias, mustellas, mullos, cæteraq; id genus animalia rabi- da fieri. Quod si de rabie per consensum genita intelligant, vera loquuntur, quia hæc omnia à cane rabido de morfa in rabiem adiguntur: si verò primogenia affectione, solus canis rabie prehenditur: neq; vllum aliud animal hoc delirij genere insanire visum est, quod nõ fuerit à canerabiente demorsum. In quo sensu Gal. li. 2. Prorrheticorum comm. 17. li. 11. de simplicium medica. facult. cap. de icore canis rabidi, homines rabiētes à cane rabido morsos appellat. Quare hac in re Cælio Aureliano accedendum non censet. lib. 3. de acutis morbis cap. 9. dicenti, interdum si-

*Discedit ab Aureliano.*

*De hydrophobie natura*

ne manifesta causa hanc passionem hominibus oboriri, quod falsum esse Galenus manifestat, & ipsi rerum euentus declarant.

*Causae pro  
cathartica  
rabiei.*

Occasiones quibus canes in hoc malignis adiguntur teste Dioscoride sunt flagrantissimi aestus, & ingentia frigora. His Conciliator, & Matthiolus addunt morticinarum, ac putridarum, vermiumque scatentium carniem esum, & marcescentis earum sanguinis, praesertim si haec carnes eorum fuerint animalium, quae pestilentia, aut ictu fulminis, aut virus vibrantium animalium moribus interierint: quibus sanguinem menstruum poteris adiungere, quo degustato, ut inquit Plinius, lib. 7. c. 15. protinus in rabie canes aguntur, & insanabili veneno morsus inficitur. De quibus omnibus nunc sigillatim agendum.

*Aestus, &  
alimēta cal  
faciētia, &  
exticciatara  
b.ē excitāt.*

Aestibus maxime canes in rabiem agi, lib. 2. c. 40. Plinius memoriae prodidit. Quia toto hoc tempore perspicuum

*atque medela Liber.*

4

spicuum est sanguinem, & bilem aduri, ac in nigram commutari bilem, in canibus praesertim ob calidissimam, & siccissimam eorum temperaturam, alioqui aduri, & ab externo feruore assari aptissimam, eadem ratione, quae ingens aestatis calor, alimenta plurimum calorem, & siccitatem obrientia rabie efferari canes efficiunt. Quod non latuit Columellam, lib. 7. de re rustica. c. 12. Quo loco de victu canum verba agens, ait: Farreo, vel triticeo pane satiandi sunt canes, ad mixto tamen liquore coctae fabae, sed tepido. Nam feruens rabie creat. Quapropter prudenter Matthiolus nobiles mulieres monet, ne catellis quibus maxime oblectantur, quosque in delitijs habent, cibum, vel iusculum edendum praebent, quibus aromata, praesertimque piper, & gingiber fuerint admixta, ne forte fortuna id mali contingat, quod praclarissimo iure

*Ab alimen  
tis actu, uel  
potentia ca  
lidis & sic  
cis arcenti  
sunt canes.*

A 4

consulto

*De hydrophobie natura*

cōsulto Baldo Tridenti euenisse fer-  
tur, qui cū oblata quadam occasio-  
ne cum quodam suæ vxoris catello  
iam rabie percito luderet, leuiter in  
labro inferiori fuit morsus, sed ipse  
huius rei ignarus quarto post mēse  
rabie correptus perijt. Idem mulieri  
cuidam euenisse, cui facies tātillum  
à meliteo catulo rabie detēto fuit la-  
cessita, li. 3. de acutis morbis. c. 9. Cœ-  
lius Aurelian<sup>o</sup> cōmemorat. Atq; hæc  
sunt duæ potentissimæ causæ, æstus  
videlicet, & calida alimenta frequē-  
ter in canibus rabiē efficiētes, à qui-  
bus eò magis in rabiem aguntur ca-  
nes, quanto alter altero suapte natu-  
ra calidior fuerit, & siccior, præser-  
tim si in magnis æstibus, & feruori-  
bus siti cōfliktetur, neque adsit ei  
aquæ copia. Alexāder Aphrodiseus  
loco superius citato non quēlibet ca-  
nē rabire sensit, sed solū qui siccissi-  
mus, & aridissimus est, neq; hunc tē-  
pore

*atq; medela Liber.*

5

pore quouis, sed per ætatem tātum.  
Ego quidem vitiū hoc omnibus cō-  
mune esse iudico, cū melitei canes  
qui otio, & victu opiparo aluntur fre-  
quenter rabieprehendantur. Rabie  
etiā corripitūtur canes in algida hye-  
me concreto utiq; à frigore sangui-  
ne, ac Melācholico effecto, vt inquit  
Auic. lib. 4. par. 6. trac. 4. c. 5. Est enim  
canis animal expingue, ex carne, mu-  
sculosum, cōtextura rarum. Quam-  
obrem frigoris iniurias maximè sen-  
tit quod frigus patēs eorum corpus  
penetrans tenuiorem sanguinis par-  
tē exprimit, dissipat, ac perdit: cras-  
siorem verò, & magis terrenam am-  
pliùs incrassat, & in melācholiā cō-  
mutat, cui rei nō parū facit hoc bru-  
tū ad melācholiā admodū esse pro-  
cliue. Cuius rei indicium haud con-  
temnendum est lien. Quem aucto-  
re Galeno, libr. 6. de Anatomicis ad-  
ministratiōibus. c. 10. impensè ni-

*Discedit ab  
A phrodi-  
seo.*

*Vehemens  
frig<sup>o</sup> rabiē  
causa.*

*De hydrophobia natura*

Taxatur  
Vega.

grum habet. Hæc itaq; est causa ob  
quã canes in magnis frigoribus agū  
tur in rabiē, nō vt Vega. 3. Prognost.  
comm. 22. censet, eò quòd intus re-  
trahitur calor calidissimi animalis.  
Nam vt omittam insitum calorem  
exuperari nō posse, neq; illius copiã,  
& vbertatem vitio vnquã verti, sed  
quò fuerit vberior eò vitæ functio-  
nes reddi foeliciores, quẽadmodum  
Fernelius prudenter animaduertit,  
lib. 4. Pathologiæ. c. 1. huiusmodi ca-  
loris retractio, seu antiparistasis in ca-  
ne ob meatuum apertionem, & am-  
plitudinem nō fit. Cuius rei argumẽ-  
tum est, ipsum frigoris esse impatien-  
tissimum, non esset tamẽ, si vbertas  
caloris intus vigeret, neq; etiã si na-  
rius calor intus cõmearet rabiẽm  
efficere potuisset, cū is potius cõser-  
uet, alat, augeat, vitam sustineat, sen-  
suq; afficiat. Quemadmodum Ci-  
cero, libr. 2. de natura deorum, &  
Gal

atq; medela Liber. 6

Gal. lib. 1. Aphorismorum comm. 15.  
litteris prodiderunt.

Sed ad pensum redeunt, vt qui-  
busdam temporibus hæc labe præ-  
cipuẽ viget, ita quẽdam loca præ alijs  
potius infestat, quandoquidem vt  
lib. 3. de acutis. c. 15. memoriæ prodi-  
dit Aurelianus Caria, atq; Creta in-  
sulæ aliorum venenosorū animalium  
liberæ, ac raro procreatrices, sola ca-  
num rabie vexantur frequẽtissimẽ.  
Veruntamen omni tẽpore ac regio-  
ne est rabidi canis morsus periculo-  
sissimus, præsertim si sub caniculę fer-  
uoribus infligatur, dicẽte Plinio, li. 8  
c. 40. ad finẽ: Rabies canũ fyrio ardẽ-  
te, homini pestifera, ita morsis lætha-  
li aquæ metu. Nec tamen nō rabiosi  
periculo vacat. Nam ut ex Paulo li-  
quet, li. 5. cap. 40. canis domestici, &  
rabiẽ non experti morsus virulentiæ  
cuiusdã est particeps. Omnis enim  
feræ morsus si Celso fides adhibetur  
lib. 5.

Caria, et  
Creta insu-  
lis rabies pe-  
culiaris.

*De hydrophobia natura*

*Hominis  
morsus uirulentus.*

lib. 5. c. 27. veneno quodam participat, quinimo, & hominis morsus eodem Paulo. c. 26. eiusdem libri, & Plinio. lib. 28. c. 4. ac Haliabate. 4. Pract. c. 28. & Aui. Fen. 6. quarti. trac. 4. c. 2. testibus cum virulentis bestiis conscribi debet, si quidem maligniores multò alijs vlceribus apparent, præsertim si qui morsum intulit ieiunus fuerit, idemq; bilioso temperamento, atq; antea legumina procibo assumpserit, & præsertim lenticulam, vt idem Paulus scribit. Nos tamè in præsentia de cæterorum animalium morsibus dicere superfedemus, sed tantùm de illo qui à cane rabie efferrato infligitur: propterea quod vt Paulus ait, animal hoc & secūdū prouentu, & contubernale homini existit, rabieq; sæpiùs corripitur, & egrè caueri potest, ac periculū ab eo propter veneni perniciem sit ineuitabile, nisi multis aliquis, & conuenientissimis

*atq; medela Liber.*

7

tissimis vsus fuerit præfidijs.

Huius morsus malignitas experimentoprehenditur, si quidem teste Arist. li. 8. de historia animalium, capit. 22. omnia animalia, quæ canis rabiosus momorderit in rabiem adducuntur. Non minorem malitiam eius sputum obtinet, dicente Galeno lib. 6. de locis affectis. c. 5. tantam fieri in illo corruptionē, vt solū eius sputum si humanum corpus tetigerit, rabiem excitare possit. Et cū tota sua essentia nobis inimicetur, fit, quemadmodum à Galeno. c. 19. li. 5. de simpl. medicam. facult. scribitur, vt in Alexiterias antidotos, non indatur, veluti papaueris succus, myrrha, atq; crocus, quæ si exigua quantitate, ac cum ijs, quæ eorum malitiā castigare possunt, sumantur, vsus interdum maximum corporibus nostris præstant. Saliuæ verò canis rabientis, vel si minimum accipiatur, omni

*Rabidi canis morsus malignitas.*

*Canis rabie  
tis saliuæ  
malignitas.*



oīno lædat necesse est. Verū quia tā  
morsus, q̄ spuma absq; corporū cōta  
ctu nihil prorsus efficere possūt, eue  
nit vt à contagijs, aut contagiosis  
dispositionibus secludantur, eos tan  
tūm cōtagiosos affectus medicis vo  
cātibus, qui ab vno corpore in aliud  
transeunt, similes in specie, sine con  
tactu præterquàm Phisico, qui per  
aërem mediū fit, & in primis non  
consistunt qualitatibus.

Morsus ca  
nis rabidi  
inter conta  
giosos affe  
ctus nō re  
censetur.

Venenum  
post morsū  
lacet aliquā  
diu.

Veruntamen quod maximè mi  
randum est, non illico à morsu dete  
gitur venenum, neq; aliquam sui no  
tam in corpore præbet, cum Galeno  
auctore, lib. de Theriaca ad Pisonem  
c. 16. vniformis, & similis sit morsus  
à cane rabiente, & non rabido illa  
tus. Caterum licet nullum peculia  
re indicium in corpore relinquat, in  
terim tamen, vt tertio epid. parte. 3.  
comm. 75. scribit Gal. non oriatur,  
neque quiescit venenum, sed paula  
tim

tim operatur, ac immutat solida cor  
poris membra, & ipsorū naturalem  
temperaturam subuertit, sic vt. 2. 3.  
& 4. mense post morsum detegatur  
affectio, & in apertum prodatur.

Alios etiam post annum hydropho  
bia inuadere solet, vt docet Gal. lib.  
2. Prorrheticorum comm. 17. Neq;  
defuerunt qui narrarent, vt liquet  
ex Dioscoride, libr. 6. capit. 36. & ex  
Actuario. libr. 6. Metth. medendi

capit. 11. aliquos post septimum an  
num aquæ metu fuisse tentatos, at  
que per has moras neque febris, ne  
que aliud vllum malum percipitur,  
neque scit æger quanta pernicies  
lateat: quo fit vt qui à cane rabido  
morsi sunt non valde tuti mihi esse  
videantur, cum interim nullum se  
prodat indicium, neq; statō, defini  
toq; tempore post morsum aquæ pa  
uor exoriatur, sed nonnullis citius,  
alijs tardius, quibusdam tardissimè,

Aliqui fe  
brem à mor  
su annistrā  
factis rabie  
runt.

*De hydrophobia natura*

vt Cœlio fuit visum loco superius citato. Euenit hoc ex maiori, vel minore facultate agentis, & passuri corporis dispositione, sine qua nihil sub cœlo agere potest, vt Aristoteli placuit, li. 2. de anima. c. 2. & Galeno, li. 1. de differentia febrium. c. 6.

*In quibus humoribus rabici seminarium recondatur.*

Dubium tamen animaduersione dignum hoc in loco suboritur, quibus in humoribus mali huius fomes concipiatur, tandiuq; recodatur, ac asseruetur. Cui dicendum videtur in illis humoribus labem hanc excipi, quibus cum maior est vicinia, & similitudo, quare non ad calidos, tenuesq; humores, quoniam tarde venenum serpit, sed ad crassos, quales pituita, & melâcholia existunt, hoc referri debet: videtur autem Fracast. melâcholiæ potiusq; pituitæ hanc tribuendam esse analogiam, eo quod videmus commotos interdum furætes, & melancholicos fieri: deinde quia  
& ca.

*Vide Fracast. storium.*

*atq; medela Liber.*

9

& canis à quo primum labes oritur valde melâcholicum animal est, quare cum similibus humoribus analogiam potius seruauit quam cum alijs. Addit etiã pituitam in humano corpore aprisimam esse vt putrescat, & maioris multo quantitatis quam melâcholia. Quare si in illa veneni semina recondentur, non tandiu lateret affectio: at melâcholia quoniam & parciore est quantitate, & qualitate frigida, crassaq;, & minus putrere aptadiutius seruare latentia semina potest.

Ceterum toto tempore, quo causa quæ rabiem efficit, augetur, atq; est in motu, & vt medici loquuntur in ipso fieri facile affectio curatur. Quod voluit Dioscorides loco citato, dum ait: Lethiferum itaq; genus morbi, à quo multos anteaquam aquæ pauorem experirentur vindicauimus. Postquam verò iam quieuit al-

*Quo tempore facilius affectio curatur.*

B terans,

*De hydrophobia natura*

terans, & Venenum solidas corporis partes immutauit, difficile, aut fortassis nullū auxiliū suscipit. Quapropter idē Dioscorides inquit: ex ijs qui hoc vitiū senserūt, neminē seruatū vidimus præterquā vnum, aut alterum, quos ex historia euasisse audiimus, quorū vnus refertur ab Eudemo, alter fuit Themison, quē hydrophobicum iam factū vitæ superstitē extitisse fatētur: atq; hos duos nō à rabioso cane morsos, sed ab homine quodam à cane rabioso iccto, rabienteq; & aquam iam timente vitiū adeptos fuisse Paulus testatur. Quemadmodum enim longo temporis spatio solidarum partium temperaturæ euertuntur, & ipsi subuersis, atq; his quę præter naturā sunt in hibatu factis, ferè immedicabiles fiunt morbi: sic veneno canis rabidi diu solida permurāte mēbra, & iam in habitu, atq; in facto eadē corpora occupāte immedicabi-

*Qui ex hydrophobia euaserant.*

*atq; medela Liber. 10*

dicabile existit malū. Quod Gal. nō minus verè quā doctè, lib. 2. Prorrheticorū in. 17. enarratione his verbis probare cōtendit: Affectionem hęc caninū virus parit lōgo tēpore, hoc est, paulatim, atq; ob id immedicabilior existit, quod partium Solidarū substantia in aliam transeat cōditio nē, veluti in vitiliginibus, leucis appellatis fieri cōsuevit, nēpe, & alius descēdit hęc præter naturam affectio. Cū autē hęc alterāt quidē solida corpora, sed nōdū alterauerūt, simul vt vacuata sunt, solidorum quoq; alteratio cessat, interdumq; die vno, interdū verò citiūs etiā ad naturalē redeūt habitū, nēpè cū affectio sit, & non dum facta est breuiter separata efficiēte ipsam causā sedatur: si verò ea completa fuerit etiam si vacuata fuerint ea quę affectionē procreauerint humida, nihil in sanationis ratione amplius existit. Simile enim

*Affectio si  
cus separata  
ta efficiēte  
te ipsā cau-  
sa breuiter  
sedatur.*

*De hydrophobiae natura*

quippiam contingit, quemadmodū in lignis euenit quæ proximè mollē ignem sunt apposita calefiunt, si qui dem valde, sed non dum inuruntur, quæ si prius ab igne separaueris quā iniuri incipiāt, celeriter contractam caliditatem deponunt. Si verò rantum in se exceperint, vt iniuri incipiant, etiam si ab igne tollantur, nihi lominus inuruntur. Placuit totam hanc referre sententiam, propterea quod præclarasit, & mirificè nostro proposito inseruiat, ex quibus clarè intelligitur, quā sit necessè inchoās, malū protinus cognoscere, vt illico ei subuenire possimus: omnis enim affectio, (nedū hæc) teste Heliodoro, lib. 4. historię Etiop. quæ cito cognoscitè facilè curari potest, sed quæ tempore inueterascit propemodum est insanabilis. Atq; hæctenus de hydrophobię origine, atq; causis. Super est vt iā eius indicia, signa, atq; sym-

ptomata,

*atq; medela Liber. II*

ptomata, pro vt ipsa tractationis sequella efflagitat contemplemur.

Huius atrocissimi, ac tigride sæ- Rabiei indi-  
cia. uioris morbi indicia, si ex morſu pe-  
tas, nulla profus reperiens: eo quod  
vt scribit Dioscorides vulnus protinus infestū nihil infligit præterquā  
dolorem. Atq; ob id, lib. de constitutione artis Medicæ. c. 19. Gal. dicebat: Canis rabidi virus difficulter cognoscitur. Statim enim morsus canis rabidi nullum peculiare indicium in corpore relinquit, anteaquā propè instet rabies, etiā si Rasius in perscrutandis rerum causis diligentissimus, lib. 2. cōtinentis tract. 2. c. 1. & Haliabas. 8. Theoricæ. c. 20. ac Paul<sup>9</sup> lib. 5. c. 3. ex ipſo vulnere nonnulla signa tradere conentur, quę ictus malignitatem demonstrent. Afferunt enim quod appositis nucibus iuglādibus cōtritis, canum morsibus per integram noctem, & postmodū gul-

lis in passionem, oblati, gallinaceos ipso sequenti die interire, si à rabido cane acceptū fuerit vulnus. Rursus aliud addunt experimentum, si panis manante è vulnere sanguine imbutus cani cuiuscūq; quātrūvis famelico exhibeatur, canē nec mandere illum, nec olfacere quidem, & si fortè mandat, sequenti die mori. Veruntamen in re tam dubia, & tot periculis plena eiusmodi experimentis fidentium non censeo. Quapropter incipientis morbi indicia vniuersa ex causa prægressa, hoc est, ex cane rabie percito petenda veniunt. Quæ omnia pulchrè traduntur à Dioscoride lib. 6. c. 36. & explanantur à Gal. lib. de Theriaca ad Pisonem. c. 16. hæc ferie: Rabidus canis his agnoscitur signis: spumã ore, & naribus prodit, sine latratu irruit: familiares quoq; ipso aggreditur temere: Toruè aspicit, solito tristius incedit: cibos, & potus

*Rabietis canis indicia.*

tus auersat, oculos rubricatos habet, & caudã demissam, linguamq; exsertam (quæ tanquã bile infecta crocea videtur) gestat: interdum sine causa procurrit, & dein ceps subito confitit, & furiosa quadã indignatiõe improuisos aggredit. Verū in toto hoc signorum cathalogo nullū est q; ita passionē ostēdat, & malū exprimat, atq; æquè, ac sine delectu oēs tam familiares, q̃ ignotos inuadere, q; insaniam ipsam manifestat. Hoc autē ex natura, & moribus, quos canes ipsi veteres eius naturam enarrãtes adscripserunt, palam fiet. Est enim canis Plinij testimonio, lib. 8. historię mūdanz, cap. 40. & Æliani lib. 7. de animalium historia per multa capita, ac Demetrii Constantinopolitani, libro de cura, & medicina canum inter initia ex ijs animalibus quę nobiscum degunt homini ante omnia fidelissimus, simul atq; gratissimus,

*Canis homini fidelissimus & gratissimus.*

*De hydrophobæ natura*

quod tum multis alijs exēplis, tum canis lasonis Lycij manifestant: qui hero interfecto tristitia maxima affectus cibū capere noluit, inediaq; cōsumptus est. Vnde Columella, lib. 7. de re rustica. c. 12. laudes canis recensens in hæc prorumpit verba: Canis fallō dicitur mutus custos, nam quis hominum clarius, aut tanta vociferatione bestiā vel furē prædicat quā iste latratu? Quis famulus amantior Dñi? Quis fidelior comes? Quis custos incorruptior? Quis excubitor inueniri potest vigilantior? Quis denique vltor, aut vindex constantior? Quare vel imprimis hoc animal mercari, tueriq; debet agricola, quod & villam, & fructus, familiamq; ac pecora custodiat. Quod si canis talis est natura, & conditio eos quos cognitos, atq; familiaris habet, quosq; magno amore prosequitur, morsib⁹ impetere, & in domesticos excandesce  
re,

*Canis mo-  
res laudat  
simi.*

*atq; medela Liber.*

13

re, furoris, & læse æstimatediua nō leue argumentum est.

Accidentia quæ canis rabidi morsum comirari solent, toto tempore quo delitescit venenum nulla fere sunt, neq; vbi canis momordit molestiæ quippiam statim virus præterq; dolorem è vulnere infert, vt dictū superius est, sed processu, cū iam vitium instat, quod hydrophobiam Græci nominant, multa erumpunt, atq; elucet symptomata. Quæ omnia recenset Dioscorides, cuius verba transtulit Actuarius, li. 7. Methodi medendi. c. 11. Oboritur nanque hoc vitium cū distentione neruorū, totiusq; corporis rubore, præsertim faciei cum sudore, & anxietate, cor & præcordia vellicantur, æger nec quiescere potest, sed more furentis huc, atq; illuc impellitur, manibus os, & corpus dilacerat. Nonnulli ex demorsis lucem fugitant, alij perpe

*Accidentia  
hydropho-  
bicos cōmi-  
tantia.*

tuo merore contabescunt: sunt qui canū more latratus edant, & obuios demordeant, ac mordendo simili vitio labefactent. Quibus indicij aque timor addi debet. Nā vt ait Plinius, lib. 25. c. 2. in fine, Rabidi canis morsus pauore aquæ potusq; omnis odiū affert: cui subscribit Ætius, lib. 2. serm. 2. c. 24. cū inquit: Contingit ipsis grauis perturbatio, cū aquā vel aliud pellucidum corpus videt, quapropter ipsam fugiūt, & summo pere auersantur: vnde toti affectui hydrophobiæ nomen est inditum, quod accidens illi proprium, & inseparabile existit, quandoquidem nullum alium morbum sequi solet, & hunc perpetuò. Cœlius Aurelianus, libr. 3. cap. 15. de acutis arbitratu peculiare nihil hydrophobicos comitari, sed esse omnia rabidorū accidētia affectionibus alijs cōmunia. Veruntamen fallitur, quia licet sitis,

Aque pa-  
nor ppriū  
est in para-  
bile rabido  
rū indicij.

men.

mentis perturbatio, vomitus fellis, & alia huiusmodi morbis alijs pos-  
sint conuenire: aquæ tamen pauor huius tātū mali signū propriū, & pathonomicū existit. Quo solo possis rabiem seiūgere à reliquis malis, quæ humanū corpus discruciant, atque laceffunt. Allata nāq; in eorum conspectum aqua (cuius desyderio fragrant, eiusq; potu facile iuuaretur si tamen bibere possent copiose) ingentissimis clamoribus, & canū latratibus adstantes deterrēt. Quod si aquā illis afferre perseueres, cogasq; vt eam bibāt, voci ferātur, plorant, animo linquntur, tremūt, sudant, pauore concutiuntur, ac si in ignem illico se proijciendos putarent. Vnde Celsus, lib. 5. c. 27. inquit: Miserri-  
mum morbi genus, in quo simul æger, & siti, & aque metu cruciatur. Quod tot exemplis conprobatū est, vt importunus videar, si ea omnia

Cœlius Au-  
relianus re-  
prehēditur

narrare

narrare aggrediar: referam tamen illa, quæ symptoma hoc præcipuè manifestât, & ab auctorib<sup>9</sup> magis sunt celebrata.

Quiaquam paucorum.

Miles quidam in passione constitutus ut ex Artorij codicilis Cælius Aurelianus memorat, sibi maxime placebat, summo opereq; gloriabatur, q; in bello nulla timuerit vice, sed tunc aquam cum vidisset, quæ aliàs illi iucunda esse solebat, metu inenarrabili fuit deterritus. Hydrophobicus alter medicus ab eodem Aureliano affertur, qui cum periculū prænosceret, suppliciter ingrediētes, ne propiūs accederent exorabat: cum autem lachrymarū fluore guttis destilantibus tangeretur exiliens vestē cōscindit. Soranus deniq; infantem hydrophobicum uidisse refert, vbera matris expauescentē. Ex quibus clarè intelligitur istis aquā, & liquida omnia, non visui tantū, sed & tactui,

atq; gustui, itemq; auditui horrorem incutere, cum ictus aque sonitu, itemq; tactu, & gustu non minus perterreatur quam si illam viderēt. Non sunt isti (quicquid Aurelianus cōtendat) quos Hipp. βραχινόρας, id est, paruibulos, seu parū bibētes vocat, 1. Prorrethitorū in. 16. sentētia: quia tales Galeno interprete phrænitici sunt, qui etsi affectionē habeant calidam, & siccam ut & linguam præ nimia siccitate asperam, paucopotuntur, non mehercule ob timorē, sed quia, ut ait Gal. mēs illis ægrota, & fortibus imaginationibus intēta, delata ante oculos non videt, neque doloris causam perferentiscit. Isti tamen qui hydrophobiam patiuntur, ne recordati bibere volunt, antequant. Quare quod, lib. de Theriaca ad Pisonē ait Gal. pauentes aquā, timentesq; miserrimo mortis genere pereūt, & ob humoris defectum,

Hydrophobici non tantū visa aut gustata, sed ipsa audita, etiam, aut gustata perterrentur.

ut



vt inquit Aurelianus citius interficiuntur, q̄ si sola veneni vis adesset. Antea tamen q̄ eò deducantur, vt aquā expauescant, nōnulla mala pariūtur, quæ eius timorē instare porrēdunt, quorū partim ex Actuario & Diosco. supra à nobis sunt adnotata, partim ab Aui. tradita, li. 4. Fen. 6. tra c. 4. c. 7. Talibus nāq; frequentius noctu interrūpitur somnus. Sepiusq; pauore expergiscūtur, hominum, & domesticorū consortia vitant, solitudinem deligunt, & cū ferino quodā aspectu submurmurant, ac præter consuetudinē de aëre conquerūtur, tanq̄ Austrino, quāuis serena fuerit tēporis constitutio. Quod signum à Cœlio Aureliano fuit adnotatum, quæadmodum tædium, & recusatio imbrium, parua bibendi volūtas cōtra consuetudinē: pulsus densus, paruus, inordinatus. Quibusdā febricula: salt<sup>o</sup> stomachi: torpor, atq; stupor arti-

*Que immi-  
nentem hy-  
drophobiā  
portēdunt.*

articulorum, subreptio atq; extētio præcordiorū ad superiores partes, & officij ventris priuatio. Vrinæ reddēdæ paulatim frequētatio: in vltimo etiam vox obtusa, & velut latrabilis, corporis decubitus canum dormiētium contractioni similis, siue canina inuolutio: spiratio difficilis: iactatio corporis: pavor ad omnium hominū ingressum tanquā secū aquā afferētium: veretri frequens distentio, cū feminis inuolūtario iactu: vomitus fellis, ac frequētius nigri. Quidam agnoscere fatentur sibi esse naturalē vel cōsuetum aque liquorem, sed commouentur cum vident.

Scribit Auic. 6. quarti tract. 4. c. 7. evenire interdū, vt de morsu à cane rabido quædā frustra canis catellorū formā referētia ingenti cum dolore mingāt. Cuius euentus causam Gentilis Auicenæ interpret, & Conciliator differētia. 179. tradere volentes dicunt.

*Labitur  
Auic.*

*Imaginatio-  
nis pote-  
stas in fœ-  
tus conforma-  
tione.*

dicunt hoc interdum posse euenire propter vehementer ipsorum apprehensionem, & imaginationem, qua assiduè cum canibus inuoluti catellos illos produunt. Nos tamen id fabulosum, & rationi minimè consentaneum esse arbitramur. Qui tamè hoc verum esse credūt, asserunt imaginationem in fœtus compagine, & formatione magnam obtinere vim. Nam vt Plinius, lib. 7. historix mundi c. 12. literis mandauit vtriuslibet parentis cogitatio, animum subito transuolās, effingere similitudinem, aut miscere existimatur, ideoq; plures in homine quam in cæteris omnibus animalibus differentix, quoniam velocitas cogitationum, animique celeritas, & ingenij varietas multiformes notas imprimunt, cum cæteris animantibus immobiles sint animi, & similes omnibus, singulisq; in suo cuiq; genere. Quapropter in ho-

homine eiusdem auctoris sententia multa sunt, quæ variare similitudinè queunt, visus, auditus, memoria, haustaq; imagines sub ipso conceptu. Quod probè intelligens homo ille, opulentus quidem, sed de formis, cuius historiam, lib. de Theriaca ad Pisonem. c. 11. affert Gal. affectans pulchrum sibi filium procreare, formosum in ampla tabella puerū depingere fecit, ac inde vxori congregiēs, præcepit vt eregione positam imaginem diligenter consideraret: illa verò attente respiciens, & totum animum illuc conijciens, puerum peperit, non patri, sed picturæ similē. Asserunt etiam alij nonnullas mulieres filios peperisse nigros, propterea quod dum conciperent admodum intente in alicuius Æthiopis imaginē intuerentur. Quorū opinioni videtur fauere Auic. 2. primi. Doctr. 2. c. 14. his verbis: Accidit vt puer ei assimiletur

*Fœtus ei similis editur cuius forma imaginata fuerit coitus tempore.*

letur cuius forma imaginata fuerit in hora coitus, & ut sit color eius pro pinquus colori illius quē viderunt, cū decidebat semen. Quæ omnia tā quā vera suscipimus, fatemurq; vbi adest materia generationi apta, & locus cōueniēs, imaginationem plurimū in cōceptione posse. Verum vbi materia deficit, quæ ad generationē exigit, locusq; aptus deest, quid imaginatio poterit? iudicio meo nihil. Nisi fortē adhæreamus Aui. qui li. 6. naturalium tacitū imaginationē posse existimauit, ob magnum cū supremis intelligētis cōmerciū, ut aliena corpora immutare, & hominē sine matre, aut vtero, & plantā sine radice, aut semine generare posse credat. Quod falsum esse, & à vera ratione alienū neminē, vel in philosophia mediocriter eruditum esse arbitror, qui ignoret. Verius tamen est q; ipse auctor in eadē. 6. quarti tract. 4. c. 7. refert

Auicena  
lapsus.

refert videlicet, quod si quis à cane rabido demorsus, ac iam hydrophobicus factus in speculo respiciens se ipsum agnoscit huic salutis spem nō deesse, taleq; signum arguere hydrophobicum posse sanari, eo quod indicat veneni vim non ex æquo vniuersum occupare corpus, neq; cerebri facultates in totum labefactare. Quod si faciem suam in speculo prospiciens sui immemor existit, neque illum cuius imaginem contemplatur cognoscit, desperata salus est. Huncque vllis moliminibus, quantumcūque efficacibus sanari posse sperandum non est.

Quæ indici-  
ceni hydro-  
phobicū pos-  
se sanari.

Torsit sanē omnium ferè Medicorum & Philosophorum iudicium, cur isti aquā timeāt, cū tamē illius potū facile iuuari possent, si tamen abūde bibere vellēt. An quemadmodum & in quibusdam alijs morbis abominatio quorundam fit eduliorū propter

Dubium effe-  
tudignū de  
causam mor-  
bis aque in-  
rabientibus

*De hydrophobia natura*

oris ventriculi ac linguæ affectum quendam ita & in his fastidium, & abominatio accidet aquæ? Verumtamen cum Galeni sententia, libr. de Theriaca ad Pisonē. c. 16. tales sitiant & quantum ad stomachū, & linguā attinet humida expetant, abominatiori, aut fastidio symptoma hoc tribui nō potest, aut debet. Quare alia nobis excogitanda ratio est. Rufus Ephesius, quem refert Auic. loco citato cēset, siccitatem membris à veneno canis rabidi inductā esse iam factā, ac veluti naturalem, ob quod facit appetere similia, & contraria auersari: Verba Auicenæ hæc sunt: Dixerunt quidam, & est sicut Rufus non terrentur ex aqua, & diligunt volutari in terra, nisi quoniam complexiones eorum à veneno sicca factæ iam diligunt siccitatem, quare abhorrent contrarium complexionis, & diligunt simile, hæc Auicena.

Cui

*atq; medela Liber. 19*

Cui sententiæ videretur fauere Gal. lib. 2. Prorrheticorū comm. 17. dum ait: In hoc malo à veneno canis rabidi summam solidis corporibus in esse siccitatem. Verūtamen quā falsum, & à vera Philosophia alienum hoc dogma existat, hinc colligere possumus: q̄ pari ratione heclicos, qui iā marasmū sensere, vel ad ipsum proxime parati sunt, quiq; auctore Galeno. 10. Metth. c. 10. siccitatem in solidis partibus obtinent habitualē, deberent aquā auersari: quod planè falsum est. Rursus. Gal. lib. de Theriaca ad Pisonem. c. 16. inquit, quòd, quia bic sunt correpti aquæ tenentur de syderio, quo sanè minimetenerētur, si siccitas illa humida faceret auersari. Porro si qualitas habitualis, ac iam facta faceret similia expetere, & ab horrere contraria, heclica febre correpti deberent calida appetere, & renuere frigida, quod experimentū

*Causa timoris aque ex Ruffo falsa.*

*Causa cur hydrophobici aquam timeant, ex Ruffo.*

*De hydrophobia natura*

arguit tanquã fallum, & à veritate deuium. Præterea licet factum intẽ peramẽctum cõtrariõrum desyderio non teneatur, non tamen contrario expauescit, aut terretur, atq; eius interuentu fugit & exclamat. Adhæc obijcit Rasius in calce lib. 20. continentis oportere eos perpetua vigilia laborare. Quæ omnia si exacte perpẽdisset Matthioli nõ illi tãrũm ar rideret Rasius lentẽtia, neq; eam tam in cõsyderate sequeretur.

Alij asserunt phãtasiã quorũdã memoriã excitare, quẽ pauorẽ tolent incutere: quemadmodum in ægris nonnullis videmus phantasiã fieri horribilium ex paruis occasionibus, vt ex aspectu paruuarum figurarum in parietibus depictarum lupos, & canes, aliaq; horrenda subimaginãtes, clamant, ac iubent vt illa auferãtur: Sic his in qui rabie corripitũtur spuma circa corũ os obuersante, &

cor-

atq; medela Liber. 20

corde præcipuẽ liquefcentibus præ rasiã quandã fieri existimant liquidi eos conficientis: vnde pauor oritur, quoties aut vident, aut tangunt, aut audiunt offerri liquida sibi. Sed hi, licet subtilia loquantur, dubitationẽ tamen non absoluunt, vt ex his quæ mox dicemus palam fiet.

Alij ad Phantasiã, quemadmodum prædicti vitium referentes, diuersam ab illis læsã imaginatiũ aprehensionem recensent, dicentes ob id hos aquam timere, quòd illis appareat catulos quosdã in aqua cernere, metuunt autem ne bibentes damno ab eis afficiantur, ante illato simili. Horum opinioni occasionem dedit Aetius, libr. 2. ferm. 2. cap. 24. dicens ipsis grauẽ perturbationẽ oboriri, cum aquã, vel aliud pellucidũ corpus videt, canis à quo morsũ sunt spectrũ in aquis apparere

Aliorũ opinio circa causam pauoris aquæ

C 4 imagi-

Incuria  
Matthioli.  
Hieronymus  
Erasistratus.

*De hydrophobia natura*

imaginantes, & deinceps subscribit, Philosopho cuidam hydrophobico canem in aqua apparuisse, quem admodum alijs omnibus hoc morbo obfessis apparet. Cui rei fidē etiam facere videtur ea quæ refert Halias, lib. 8. Theoricæ. c. 20. ex cuiusdā ruralis hominis in pascuis degentis testimonio: qui se vidisse affirmabat quendam à rabioso cane demorsum aqua præsentē impēsē trepidare, atque pauere: Interrogatus autem ab astantibus, cur ex ea bibere tantopere recusaret, magnis ululatibus, & clamoribus respondebat, canis viscera, & stercora illic existere & apparere: iurās, atq; obtestās se illa in aqua videre. Dubitabā ego antea quādo dogma hoc mihi arridebat, cur oēs qui rabie afficiuntur hoc delirij genere torqueantur, sic vt existiment canē in aqua esse, cum maniaci non semper eisdē soleant illaqueari phāsmatis,

*atq; medela Liber. 21*

tasmatismatis, sed tam differētibus, ac varijs, quantum ipsæ hominum inter se se naturæ euariant. Cui obiectioni dicendum arbitrabar, quod licet verum sit melācholicas dementias varias esse pro vt particulatim in ipsis melācholicis varię, ac dolosæ imagines repræsentantur, nihilominus tamen qualis olim cuiusq; fuit intenta cogitatio, aut vitæ cōditio, talem ei sese offerre melancholicam delirationē. Quam sentētiam veram esse putabam quod à præcipuis medicorum cōfirmari, & ab ipsis rerum euentibus cōprobari viderē. Narrat Franciscus Gomara in Indiarum historia mulierē quādam Beticam ex metu, mœroreq; graui in vehemēs deliriū transiisse, vt putaret carnes quascūque videret, quæq; illi ad edendum apponebantur esse Ferdinādi Aquilarij filij sui, quapropter vehemēter clamabat, & exorabat vt ab eius con-

*Alia historia.*

spe etu tolleretur. Audierat enim antea matrona hæc filium suum charissimum à crudelissimis anthropophagis, & canibalibus trucidatum, ac de

*Melancholici opinionibus quas ab initio semel conceperunt deinceps uideat easque referuat perenni assiduo.*

uoratum fuisse. Ex quo nuncio misero, atq; funesto merore maximo affecta in hanc deuenit meditationē, ut ab ea dimoueri nulla ratione potuerit. Ad eundē prorsus modū putabā ego, istos qui à cane rabido sunt mortuū canis quē ab ipso ictu semel conceperunt, deinceps uitæ discursu pertinacissimè retinere, mētēq; recōdere: quapropter mirādū non esse si cotidie canes imaginātes, eosq; in uniuersis suis actionibus animo cōcipiētes cū delirāt canes sibi apparere imaginētur. Placuit sanè quondam hæc opinio, q̄ viderē eam maxime probabilibus rationibus fulciri. Verū tamē deinceps mihi diutius super hac re cogitāti nonnulla occurrēre, quæ nō admodū ut antea sententiā hanc

hanc approbare coegerunt: primū fuit infans ille quē ex Sorani auctoritate refert Aurelianus. li. 3. de acutis c. 11. q̄ cū in hoc deuenisset malū, vbera matris ita expauescebat, ut nullis illecebris, aut blāditijs illa attingere, nedū sugere voluisset. Quòd iymptoma nullo pacto illi poterat euenire ex canis simulachro cū hoc in late intra vbera recōdito apparerent potuisset, nec si posset phatallā eo tempore puer expeditā haberet ad canē imaginādū, quem fortè antea nō noverat, nec cū momorderat, viderat. Porrò brutū quod à rabido cane morsum est, & post semestre tempus incidit in rabiem, aquam pauet, sine aliqua canis imaginatione, quoniam pacto ipsam tanto tempore bestia potuit reseruare? Rursum si homo aliquis in somno leuiter icitur à cane tractu temporis in hydrophobiā deueniet, nulla prorsus canis imagine

*Reprehenditur opinio creditiū causant pauoris aque consistere in canis imagine rabiem homini repræsentata.*

*De hydrophobia natura*

*Canes, q̄ pri  
mogenia af  
fectione ra  
biem contra  
xerūt, aquā  
formidant.*

cōcepta. Accedit ad hęc quòd canes  
ipsi, qui non ex morſu, ſed primoge-  
nia affectione malum cōtraxerunt,  
non minus quam reliqua animalia  
rabientia aquam formident. Quæ  
omnia nobis argumento ſunt rabie  
detētos non ob canis ſimulachrum  
aquam metuere, ſed interius potius  
cauſam ſentire, quæ illis aquæ parit  
formidinē: cui nō mediocriter facitq;  
teſte Aureliano ille qui ad hydropho-  
biam pronus, ac decliuſ eſt præter  
conſuetudinem de aëre cōqueritur  
auſtrino tanquam caput grauante,  
ac humiditate noxā afferente, quod  
certē nihil aliud eſt quam humoris  
moleſtias perſentire iā incipere.  
Præterea eodem Aureliano auctore  
aliqui timent potum, ob veneni ad-  
mixti ſuſpicionem, ergo non omnes  
canes ſibi apparere imaginātur: quæ  
canis à morſu ipſo ſemel concepta  
imaginatio ſi omnes æquē vexaret,

vt

*atq; medela Liber. 23*

vt credere viſus eſt Aetius magnum  
Galenum non laruiſſet, neq; eam in  
ſuis monumentis ſilentio prætermi-  
ſiſſet. Quare cū fabuloſa ſit alia no-  
bis diluendæ quæſtionis excogitan-  
da via eſt.

Sunt alij qui nō minus acutē quā  
ſuccintē diſputationem abſoluere  
putant, dicēdo, ob id rabie percitos  
ab aqua abſtinere, quia vt Gal. ait,  
mente alienati id quod ipſis auxilia-  
ri poſſit, non conſyderant. Deliran-  
tes nanq; ſeligere neſciunt. Quod ſi  
aliquis miretur, cur non potiuntur  
aqua cuius deſyderio maximē fla-  
grant: reſpondent, q̄ hic mirari deſi-  
net, ſi in memoriam reuocauerit, q̄  
Gal. 3. lib. de locis affectis. c. 6. & li. 2.  
de cauſis ſymptomatū. c. vlt. ſcriptū  
reliquit, nēpē aliquos eſſe ob melan-  
choliā delirātes, qui extraneo quo-  
dam, atq; alieno animo mortem fu-  
giunt, & mortem ſibi adſciſcunt. Si-

*Quid alij  
dicant.*

mili



*De hydrophobia natura*

Reprehensio  
ditur praesentia  
ta opinio.

mili huic animi nouitate affici dicunt  
hos, qui cum aquam summo opere ex  
optent, ipsam tamen abhorrent, &  
bibere detrectant. Verum isti veram  
timoris aquae rationem ne olfecere  
quidem, aut à limine vt dici solet sa-  
lutarunt, tantum abest, vt eam expli-  
cauerint, aut exactè tradiderint. Nam  
hydrophobicos esse deliros, nemine  
esse arbitror, quod ambigat, aliàs enim  
hydrophobia in maniae genere non  
collocaretur, in quo esse constitueda  
superior sermo probauit. Quidtamen  
eos ad hoc delirij gen<sup>o</sup> adducens facit  
vt oes aquam pertimescant, abditissi-  
mum, & scitu difficillimum est, à medicis  
ac Philosophis praetermissum. Cuius  
rei veram explicationem nos in praesen-  
ti tradere volentes illud imprimis ani-  
maduertimus, in hoc affectu imagi-  
naticè potètià laborare, maiusque vi-  
tium quod reliquae corporis facultates pa-  
ti. Hac dum praefero adfisi animo velim  
illud

*atque medela Liber.* 24

illud in memoriã reuocans quod suprad-  
humore melancholico veneni causa ra-  
bidi, susceptore, diuque seruatore fue-  
re enunciata. Hinc namque imaginatri-  
cem, ac reliquas cerebri facultates,  
quas principes, medici vocant, commo-  
uet, impellit, ac in motum deducit:  
quod fit, vt cum optimè aere peratus  
est, hoc est, calens, lucidus fulgoreque  
haud secus quam ignitum rubescit; aurum, il-  
lustratus, admirabiles faciat in ani-  
mo motus, vt Marsilius Ficinus, li. 1.  
de vita. c. 4. & Valeriola, lib. 6. enarra-  
tionum, vltima, non minus acutè quam do-  
ctè senserunt. Qui namque ex huiusmodi  
humore creatur Spiritus contemplati-  
oni ingenioque seruire maximè va-  
let, eo quod ex atra bile calore expressi, re-  
nuissimi, subtilissimi que euadunt. Quae  
admodum enim ex crassiori vino per cel-  
sationem elici tenuissimum liquor, idem  
que potèntissimum solet, quae vite aquam no-  
minat. sic ait Marsilius ex atra bile, seu  
potius ex

Melancho-  
lia optimè  
attempera-  
ta, admirabi-  
les facit in  
animam<sup>o</sup>

ex melancholico sanguine calente  
 attenuatoq; manare tenuissimi spiri-  
 tus calidissimi simul & lucidissimi  
 possunt: qui, tales cum sint, necesse  
 est & motu agiles, & actione vehe-  
 mentes esse stabiliq; firmitudine ha-  
 moris à quo erumpunt diutinæ me-  
 ditationi, & inquisitioni sufficere  
 potentes. Vnde illud Aristotelis: Stu-  
 dijs Philosophiæ deditos, aut inge-  
 nio præclaros melâcholicos extitit-  
 se. Hinc etiam illud Heracliti Phi-  
 losophi maximi, lux sicca, anima sa-  
 piëntissima. Nam tali instrumento  
 munitus animus, atq; septrus acutè,  
 solerter, profundeq; abditissimaque  
 q; inquirat, & inquirèdo perstat diu-  
 ti<sup>9</sup>, ex quo viri sumi, ac Philosophi sin-  
 gulares euaserunt, qui animũ ab ex-  
 ternis, corporeisq; rebus segregâtes,  
 eũdemq; in se totum colligentes, al-  
 tissima quæq; & abstrusissima medi-  
 tatur, sic vt diuino afflati furore esse

*Studijs Phi-  
 losophiæ de-  
 diti, aut in-  
 genio præ-  
 clari fuerũt  
 melancholi-  
 ci.*

vi

videantur. Quapropter entheastici.  
 1. Deo pleni vocatur, vt scribit Ma-  
 nardus. 7. epist. 3. Quòd Bacchidib<sup>9</sup>,  
 Marcoq; cuidam poëtæ Syracusano  
 euenisse. 30. Problematũ. 1. Arist. est  
 auctor. De quibus fortè loquès Aui.  
 2. tertij tract. 4. c. 18. ait, quibusdam  
 Medicis visum esse melancholiam à  
 dæmone cõtingere, Ab hac itidem  
 melancholia impulsũ poëtæ, furore  
 poëtico se agitari dicũt, illudq; Oui-  
 dij. 6. Pastorum exclamant.

*Est Deus in nobis agitante calefcimus illo.*

Quod multò ante, Plato in  
 Phædro tetigisse videtur, poëticas fo-  
 res frustra absq; furore pulsari, in-  
 quiens. Cui Seneca, lib. 1. de Trâquil-  
 litate vitæ iuxta calcem, & Cicer. 2.  
 de oratore subscribunt, dicètes, fru-  
 stra poëticas fores compos sui pepu-  
 lit, & idem Plato in Theeteto inge-  
 niosos, ac solertes vt plurimum con-  
 citatos esse solere adstruxit. Quem-

*Melancho-  
 lia ingenio-  
 sos, ac indre-  
 strios homi-  
 nes efficit.*

D

admo-

admodum igitur atra bile splenden-  
te, caloreq; partim naturali, partim  
animi motibus, seu meditationibus  
concitato accensa, atq; fota præcla-  
rissimæ fiunt ab anima operationes,  
sic eadem à veneno canis rabidi vi-  
tiata, atq; infecta, de prauati motus  
à potentijs cerebri, & præsertim ab  
imaginatrice proficiuntur. Quod  
innuere voluit Gal. lib. de Theriaca  
ad Pisonē, citato capite, dū ait: Non  
enim corp<sup>o</sup> dūtaxat ipsis inarcescit,  
& cōuellitur, febriq; interdū acri in-  
tūs vritur, sed & animus etiā delirat,  
& grauissimū ipsis affert symptoma:  
quippe aquā timēt, ac ppter multā  
siccitatē, humidi tenētur desyderio,  
& à potu abstinent. Quia mēte alie-  
nari, id q; auxiliari possit, nō cōsyde-  
rāt. Fugiētes em̄ aquā, pauētēsq; mi-  
serissimo mortis genere intereūt. Ima-  
ginatricis autē facultatis hoc deliriū  
esse Paul<sup>o</sup>. li. 5. c. 3. significauit, dicēs,  
me-

*Hydropho-  
bici imagi-  
natricis fa-  
cultatis vi-  
tio laborāt.*

melancholiæ speciem quādam ipsis  
oboriri, veneno humorē illū imitan-  
te. Melancholicos autē vitio imagina-  
tricis laborare clarius est q̄ vt demō-  
strari debeat, sed ex delirij modo cō-  
stat, in imaginatrice lesionē inesse,  
quia cognoscunt, aquā illis proficiuā  
esse debere, metuunt tamē ipsā: licet  
interdū eueniat vitiū adeo esse gra-  
ue, vt ambas facultates obturber, ita  
vt nec rectē pcedat imaginatio, nec  
debita fiat ratiocinatio, q; cōtingit,  
quādo cūcta incipiūt odisse: propriū  
trucidāt corp<sup>o</sup>, & alios dente perūt.

Cæterum quia imaginatrici facul-  
tati caninum virus præcipuē obest,  
ideo animalia cōmorfa à cane rabi-  
do, magis quā homo periclitātur, vt  
scribit Arist. li. 8. de historia animalium  
c. 22. quia prauarū imaginationum  
princeps medicus ratio est: qua ho-  
mini solū inest: qua vtens ipse se se à  
prauis imaginationibus tutatur, &

*Arist. inter  
præbatur.*

*De hydrophobia natura*

inuadentibus phantasmatis obstitit, quorum neutrum facere queunt animalia, quibus ratio non inest. Ex quo sequitur maius negotium brutis animalibus hoc venenum quam hominibus faceſſere. Homo quidem morſus, ratione adiutus, ſolet in rabiem non vehi, & ſi aliquando vehitur, cogitatione in totum non deprauata, ſolet non interire. Sic refert Aetius, lib. 1. ſerm. 2. c. 24. quod Philoſophus quidam morſus à rabioſo cane, & generoſo, atq; conſtanti animo affectioni obſiſtens, & inconſeques ratus canem in balneo apparere. (Apparebat enim ipſi, dicit Aetius) qui ratiocinatus, & ſic ſecum locutus: Quid cani cum Balneo? vicit affectionem, & ſanatus eſt, vbi intrepidè biſſet. Vnde natum eſt illud adagiū: Quid cani cum balneo? cuius veram explicationem haudquaquam mirandum eſt Eraſmum non fuiſſe aſſecutum,

Venenum canis rabidi brutis quod homini inſeſtum magis.

Eraſmus in Adagij interpretatione decipitur.

*atq; medela Liber.*

rum, inſcium hiſtoriae praedictae. Ex quibus clarè intelligitur Leoniceum virum alioqui clariffimum, & primū melioris Medicinæ inſtauratorem fuiſſe hallucinatum. lib. de Dyſſide, dum in citata Ariſtotelis ſententia Theodorum Gazam reprehendit, quod tranſtulit, excepto homine, dicturus potius ſuo iudicio: prius homine, vocem *πλην*, leuiter mutas in *πριν*, ſic vt vbi Graeca litera habet, *πλην ανθρώπων*, legendum ſit, *πριν ανθρώπων*: Nam hic ſenſus alienus eſt à veritate, & ab Ariſtotelis mente. Quare legendum eſt, vt Theodorus vertit, Omnia animalia rabie correpta, rabie comoſi, *πλην ανθρώπων*: id eſt, homine excepto, qui ab inſinſeco, hoc eſt, à ratione, medicari poteſt. Quod cum

Leoniceum error.

Matthiolus Ariſt. ſententiam non aſſequitur.

illo loco esse deprauatum.

*Quomodo  
alij aristo-  
teleni inter  
precentur.*

Alij dicunt animalia cōmorfa à cane rabido rabie plura quā hominē mori, quia homo lōgius à canis feritate distat quā reliqua animalia, quæ in illa feritate cum cane communicant. Veruntamen vt sentio, prædicta ratio contrarium videtur significare : Nam si hominis natura magis à canis natura recedit quā aliorum animalium in feritate cum cane comunicantium, fit vt homo à veneno canis rabidi, iam principes cerebri facultates occupante magis debeat periclitari quā cætera animalia iuxta Hippocratis aphoris. 34. sectionis secundæ, qui tenet in morbis minus periclitari eos, quicunq̃ue cognato naturæ suæ morbo laborant: magis verò qui disproportionali, & non cognato afficiuntur. Argumentum tamen, hoc vnum mihi probare videtur ( quod etiā reor

Leo-

Leonicenum sensisse) animalia à canerabido ista citius in rabiem incidere quam hominem, quia alia animalia propter feritatem in qua cum cane conueniunt concepta semel pernicie, necessariò rabiūt, propter consensum, iuxta illud Aristotel. inter symbola facilior transitus: At hominis natura longe aliena est, ab ea feritate, propter quod nec analogiā promptam habet ad caninum virus facile fuscipiendum, aut ab eo patiendum. Vnde euenit, vt non omnes homines qui morfi sunt rabiant, sed multi propter naturarum disconuenientiam, aut labem non contrahunt, aut si contrahant, eam ex se se temperaturæ beneficio superant, nequeunte ipso rabici seminario propter passi ineptitudinem ( ni graue fuerit vitium) agere. Sequitur hanc opinionem Leoniceus, cui Fracastoreus vi-

*Non omnes  
qui à cane  
rabido mor-  
fi sunt ra-  
biunt.*

D 4      detur

*Predictorū  
Aristotelis  
sententia  
interpretatio  
reprehēditur.*

videtur consentire, hoc itidem modo, ni fallor, ambo Aristotelis sententiam interpretātes. Quam interpretationem facile probarem, ni viderē ex ea sequi eadem ratione homines minūs debere lædi à morſu viperæ quàm animalia bruta, quod sanè falsum esse arbitror, quādoquidem experimur plures homines à viperæ morſu offendi, pauciora bruta. Nul- lum hominem à vipera ictum, non periclitatum vidi, qui non maximis, & conuenientissimis vsus fuerit auxilijs, cū tamē sues, canes, equi, ac reliqua rationis expertia animalia, morſus viperæ, non admodum ægrè sustineant, attamen homines magis recedūt à viperæ feritate quam bruta. Sed de his satis.

Haftenus quidē probauimus imaginatricem potentiam magis quam reliquas corporis facultates in hydrophobia labefactari, illiq; venenū  
hoc

hoc maius negotium quàm cæteris faceſſere: quæ autem hæc noxa sit, quisue læsionis modus, aut quo pacto venenum huiusmodi potētiam occupans, liquidorum omnium affe- rat formidinem, ob quam egri vehe- menter cauent ab aqua, à nemine, quod sciam satis enodatum reperio. Ego tamen tam peregrini acciden- tis causam ad nihil aliud quā ad anti- pathiam esse referendā cenſeo, quæ veneno canis rabidi cū liquidis om- nibus inest. Voco antipathiam cum Plinio in sine. 2. capitis, lib. 32. mūdi historiae rerum quandam repugnan- tiam, ac naturalem discordiā, quam in reb<sup>9</sup> plurimis cotidie experimur. Brassicæ quoddā genus esse vino ma- ximè aduersum, quod ob insitā quā- piam inimicitia vitem fugere, aut si id non possit, mori. lib. 20. c. 9. bis te- statum idē Plinius reliquit. Eadem occasione supposito oleo cucumer

*Auctoris  
sentētia cir-  
ca causam  
pauoris a-  
que.  
Antipathia  
quidē*

recuruatur, quoniam aqua multum  
continet, præsertim dum in incre-  
mento est. Aqua autem, & oleo non  
parua discordia inest, & naturæ con-  
trarietas. Vidi magnetem quendam,  
qui ferrum pellebat, & fugabat à se.  
Ex quo Plinium intellexi, libr. 20. in  
procemio, sic dicentem: Atque ut  
à sublimioribus recedamus, ferrum  
ad se trahente magnete, & alio rur-  
sus abigente à sese: Nam voce illa,  
alio, lapidem intelligit, non allium,  
olus quo vescimur, (ut existimauit  
Matthiolus, lib. 1. in Dioscoridem c.  
93.) ita ut sit sēsus: Est quidā magnes  
qui ferrum ad se allicit, & alius ma-  
gnes est, qui ferrū respuit à se se. Ego  
diuersis eiusdem lapidis partibus hos  
duos effectus ita pugnantes, atq; cō-  
trarios effici cōperi: licet dicere pos-  
simus Plinium voce illa, alio, lapidē  
alium à magnere diuersum intelli-  
gere. Nam si Adamas iuxta ponat-  
tur,

*Matthiolus  
deceptus.*

tur, Magnetem ferrum non rapere,  
aut si rapuerit dimittere, libr. 21. de  
Ciuitate Dei. c. 4. D. August. est au-  
ctor. Quod non parum ad hanc quæ-  
quærimus repugnātiā detegendā  
facit, atq; nō tantū hoc, verū & mul-  
ta alia de quib⁹ modō dicā. Coronea  
mala propter latens in eis principii  
veneno illo præsentaneo, q; ex folio  
rū albi veratri succo, arte quadā cō-  
ficitur, adeo inimicatur, ut iuxta id  
posita, illius vim in totum infirmēt,  
atq; cōficiant: quod intelligētes ve-  
natores qui eo ad sagittas intingēdas  
vtuntur, summopere student, ne in  
loco vbi succus iste venenosus recō-  
ditur, mala coronea asseruentur, aut  
consistant, experimēto cognoscētes  
illorum vicinia veneni vim in totū  
exolui. Hinc aduersus illius perni-  
ciam tale alexipharmacum à Medi-  
cis excogitatum est. Nam vbi in-  
flicto à telo vulnere sanguini se  
hoe

*De his Mat  
thiolus.*

*De hydrophobia natura*

hoc venenum immiscuit, mala cotonea deuoranda præbent, pro cõperito habentes, nullo alio antidoto æquè, atque illis seruari animal posse. Canibus cum hyena eam esse contrarietatẽ, lib. 8. c. 30. Plinius asseuerat, vt solo vmbrae eius contactu canes obmutescant. Vnde quidã hyenæ pellẽ aduersus canis rabidi ictus facere crediderunt. Sed de Adamante, & sanguine hircino, quid opus est dicere? quando vt lib. 38. c. 4. scribit Plinius nullibi ac in eis rerum discordia clarius intelligatur, ac elucescat; si quidem illa inuicta adamantis vis, duarum violentissimæ naturæ rerũ cõtẽptrix, ferri videlicet, atq; ignis, hircino rumpitur sanguine, nec aliter quàm recenti, calidoq; macerata. Demum magnus est harum rerũ prouentus, quæ nunc recensere in tempestiuum arbitror, ne sermo hic longius quam par sit, prouehatur: cõ-

*Adamas,  
hircino san-  
guine rumpi-  
tur.*

ca

*atq; medela Liber.* 37

ea quæ hætenus attulimus ad comprobandum quod proposueramus sufficiãt. Id autẽ erat ostẽdere similem antipathiã, atq; discordiam cũ ipsa aqua in veneno canis rabidi inueniri, qualem in rebus prædictis reperiri demonstrauimus: atq; idcirco mirandum non esse, vnum, alterum pellere, & abhorrere. Quæ autẽ inimicitia particulatim hæc sit, tam in hoc de quo agimus veneno, quã in reliquis, quorum supra mentionem fecimus, res est immensi secreti, soli Deo, & nature nota. Verùm similem discordiã in alijs animaduertẽtes, eãdem in hoc quoq; cõsiderare, haud præter rationem est. Nonne, si veneno illo pernicioso ex succo veratri confecto (vt idem de similibus intelligat) aliquod sensus vestigium largiretur, accedentibus cotoneis malis clamaret, ac vociferaretur, iubẽs ea abigere, & procul adesse, ita existi-

mo



mo fore: nec aliquem esse arbitror, qui ire inficias auderet. Quod si ita est, ut certè est, quid mirum si phantasia, iam diu veneno affuefacta sensibus imperet, ut arceant ab aqua? Venenum ex succo veratri confectum ( ut ab illo non recedamus) cum intra corpus receptum, sanguini se commiscet, aquæ summam ingenerat cupiditatem, ut in feris telo veneno hoc intincto percussis, riuos, ac fontes avidissimè petentibus quotidie videm<sup>9</sup> accidere: ira venenum canis rabiosi ratione contraria, animalia auertere ab aqua existimare, alienum à ratione non est.

*Obiectio.* Veruntamen obijciat aliquis, si antipathia in causa est, ut hydrophobici abstineant ab aqua, simili ratione deberent à fluuiatilibus canis abstinere, cum eadem, & fortassis maior discordia veneno huic in-

fit

fit cum illis, quã quæ cum aqua est. Est sanè obiectio hæc validissima. Cui respondendum censeo duplicè esse antipathiam, vnam quæ sensibus se prodit, alterã quæ effugit sensus, nec illis innotescit, aut manifestatur: priorem, caninũ virus habet, posteriorem obtinent cancri fluuiatiles. Quod si quæratur cur canis venenum phantasia magis quàm cæteras corporis facultates, vel imprimis labefactet. Dicendum ob id esse, quia cum illa maiorem obtinet analogiam. Nam cum humor melancholicus ( quem magis quàm alios corporis succos hæc labes adoritur) ut superius fuit visum, phantasia potentius quàm alij humores, immutet, commoueat, & in actum deducat, propter cõsensum eximium, quem humor iste, cum hac facultate habet, quem alij humores, vel minimè, vel non ita obtinent,

fit

*Obiectio-  
nis solutio.*

fit vt eo medio venenum hoc eã affi-  
 ciat, atq; subuertat vel si non illam,  
 saltem cerebri proprium tẽperamẽ-  
 tum, quo non tantum phantasia, sed  
 reliquæ principes facultates tanquã  
 instrumento vtuntur. Neq; nouum  
 videri debet, phantasiæ, & proprio  
 cerebri temperamento hoc venenũ  
 præcipuẽ officere, scribente Gal. lib.  
 de Theriaca ad Pisonem. c. 4. (qui li-  
 ber verus Galeni est, vt nos alibi pro-  
 bauimus quicquid Iulius Alexandri-  
 nus, & Matthiolus contendant) nõ  
 nulla deprehendi, quibus proprium  
 est partem aliquam corporis solũ  
 offendere, vt lepus marinus pulmo-  
 nem, cantharis vesicam. Rursus alia,  
 quibus fœdere quodam naturali in-  
 situm est, mẽbrum aliquod præ om-  
 nibus iuuare, vt stechas, caput, asple-  
 nium, lienem, eupatorium iecur, be-  
 tonica, renes. Ex quibus clare intelli-  
 gitur tam medicamẽta quam vena-

*Liber de  
 Theriaca ad  
 Pisonem est  
 Galeni ge-  
 nuinus.*

na in suis operationib<sup>9</sup> ob secretam  
 quandam analogiam respicere pro-  
 pria membra, certosq; humores. At-  
 que ita prædictæ obiectioni respon-  
 sum esse volumus.

Porrò aliud extat in hac contro-  
 uersia argumentum, vt mea fert opi-  
 nio, non contemnendum. Nam si  
 hæc ingenta, tacitaq; inimicitia hu-  
 ius mali esset occasio, egrotantes, nõ  
 aquæ tanto tenerentur desyderio,  
 quanto eos teneri videmus. Cui re-  
 spondendum arbitror: aquæ appetẽ-  
 tiam naturalem esse, partium videli-  
 cet corporis se se humectari, & im-  
 pleri desyderantium: cæterum vene-  
 num tãquam tyrannus quidam ima-  
 ginatrici imperans facultati, appeti-  
 tui partium obstitit, impeditq; ne eo  
 quo flagrant desyderio potiantur, &  
 cum in phantasia præcipuẽ insit no-  
 cumentum, interrogati, cur aqua  
 desyderantes tantoperẽ bibere recu-

*Obiectio.*

*Obiectio di-  
 luitur.*

*De hydrophobia natura*

sent, nihil haberes quod respondeat, mente alienati mille componunt deliramenta: Nam quidam ex eis fingunt in aqua canem existere: Alij canis spuma, aut stercore ipsam esse conspurcatam credunt: Alij venenum ei admixtum esse suspicantur: Nonnulli aliud quippiam simile mentiuntur, cum tamen omnes veram causam, quae latens, & abdita est, ignorent, videlicet, imaginatiuam facultatem, veneno connaturalem iam factam, tyranni naturam sequi.

*Rabidorum dementiarum.*

Nec est quod nos conturbet argumentum, quo nonnulli probare nituntur, vitium in hydrophobia, non existere in phantasia, dicentes, hanc in corpoream esse, vt & alias cerebri principes facultates, quapropter a veneno canis rabidi pati non posse, contendunt, cum quae agunt, & patiuntur in materia debere convenire philosophorum consors sit assensio. Invalida sane, atque in-

inefficax, vt mea fert opinio, est huiusmodi argumentatio, & quae exijs, quae dicta sunt dilui facili negotio potest. Nam venenum non primo laedit phantasia, sed cerebri temperamentum, quod proprium facultatis instrumentum existimatur, & ad haec humorem melancholicum inficit, & sua induit natura. Indiget certe facultates proprio, & conuenienti instrumento ad operandum, quo a veneno subuerso facultatem ipsam deprauate moueri consequens quidem est, vitiatum utique sibi proprio instrumento. Idem contingere posse humore melancholico a veneno contaminato accidit melancholica indicant, puta, metus, aestimatio, terror, desperatio, & similia, quae omnia ab humore melancholico nigro (quicquid Auerrois. 3. lib. Collectionum. c. 40. contrarium sentiat) efficiuntur, & in vniuersum, vt ait Gal. mores animi corporis temperamentum sequuntur.

*Diluitur obiectio.*

*Disertus ab Auerrois.*

*De hydrophobia natura*

Diu mecum euolui, atq; in dubiū  
verti, num veneni huius cū liquidis  
inimicitia manifesta aliqua causa  
reddi posset, & tandem postquā mul-  
ta sum scrutatus, venit in mentem  
mihi tribui siccitati posse, ex qua à  
primordijs suis venenum habuit ge-  
nerationē, atq; idcirco iudicabam:  
id, cū ab immensissima ariditate  
fuerit profectum, aquam respuere,  
& liquida omnia, tanquam aëtu, vel  
potentia humida. Hinc item potest  
fieri, vt eueniat eleboro irriguis &  
opacis nascente, ibiq; gloriam suam  
omnem relinquire, venenum ex  
eius succo confectum, aquæ, & li-  
quidorum afferat desiderium, vt i fe-  
ræ telis hoc veneno illinitis confos-  
sæ aquas cupidè quærentes mani-  
festum prebent indicium. Nam vt  
Propertius, lib. 3. elegia 9. ait.

*Nature sequitur semina quisq; sua.*

Quod etiam Naso, lib. 1. Meta-  
mor-

*atq; medela Liber. 35*

morphoseon significare voluit, in-  
quiens:

*Et documenta damus, qua simus origine nati.*

Verūm etsi viri huius sympa-  
thia cum aqua hoc possit esse prin-  
cipium, non tamen sola siccitas oc-  
casio discordia canini veneni cum  
aqua censerī debet, ne fortè in Rus-  
sententiam, quā suprà refutauimus,  
vel nolentes incidamus: etiam si Ru-  
sus non tantum cerebri temperatu-  
ram à veneno exsiccata, ac iam ari-  
dam redditam, sed omnium corpor-  
is partium siccitatem aquæ pauoris  
dicat esse causam. Quod falsum esse  
rationibus efficacibus est demōstra-  
tum. Sed nec solius cerebri sicca in-  
temperies huius mali erit origo, cū  
hectici iam marasimum consecuti,  
quos siccitas hæc lacessit, tali aquæ  
formidine careant, etiam si hi in de-  
lirium, & mētis deprauationem per-  
ducantur. Quare credendum est in

*Siccitas sola  
discordia ca-  
nini veneni  
cū aqua cau-  
sa non est.*

*Venenū ca-  
nis rabidi  
à siccitati-  
nis pri-  
mordijs ori-  
ginē traxit*

*Venenū ex  
succo vera-  
tri confectū  
aquæ, & li-  
quidorum  
afferat desy-  
derium.*

veneno canis rabidi aliud quicquā inueniri à siccitate distinctū, quod facit aquam timere, licet non inficiemur, latentem hanc, tacitamque perniciem, siccitatem sibi adsciscere comirem, eamque non quantlibet, sed vehementem, ac admodum intensam.

*Veneri canis rabiditate perniciosa cum siccitate cōiungitur.*

Hæc quidem pauca de aquæ pavoris origine & causis in præsentem se mihi disputanda obtulerunt. Cuius tam rari, & peregrini accidentis mirum est Hippocratem alicubi nō meminisse. Quod multis occasionem dedit opinandi hydrophobiam post Hippocratis ætū in vulgus hominum irrepisse, quia si antea extitisset, tantus auctor eā silentio haud prætermisisset, quin potius ut mali aceruitas, ac illud auertendi necessitudo exposcebat, abunde scriptis celebrasset suis.

*Hipp. aquæ pavoris nō meminuit.*

Equidem posse morbum aliquem denuō

denuō nunquā antea conspectū oboriri, neminem esse arbitror, qui ambigat, præsertim cum antiquorum præcipui ita fieri posse testentur: Nā Celsus, lib. 1. in præfatione nulla causa magis dicit, rationales medicos empyricis præstare, quàm quòd novis morborū generibus queunt etiā auxilium ferre. Sic enim ait: Sæpe etiam nova incidere morborū genera, in quibus nihil adhuc usus ostenderit. Horū verò morborū cōplurima præscis illistēporibus primū oborta fuisse, & nostris subinde quotidie oboriri, multa nobis extant exēpla. Nam Plinius lib. 26. cap. 1. lichenem seu mentagram Tyberij Claudij Cæsaris principatu medio primū in Italiā irrepisse memoriæ prodidit. Et Lucio Paulo, & Quinto Marcio consulibus primū in Italiā carbunculum venisse ex annalium scriptis idem author recenset. Cuius itidem

*Indies nova morborum genera erumpunt.*

testimonio Elephathiasis post Pompei Magnæ ætatem primùm in Italia apparuit. Rigorem citra febrem hac tempestate frequentissimum Hippocratis temporibus, propter seculi illius sobrietatem nõ apparuisse, neque tale accidens ab Hippocrate unquam visum fuisse, mulcis in locis Gal. est auctor. Nostra similiter ætate luem Gallicam vocatam, Gallicos dolores. Gonorrhæam virulentam humanũ genus primùm sentire cepisse, omnes qui de his malis loquuntur citra controuersiam fatentur. Quo circa Plinius loco superius citato, nõ absq; maxima ratione subdit: Quo mirabilius quippiam potest reperiri aliqua gigni repente vitia, terrarum in parte certa, membrorumque hominum certis, aut etiam ætatibus, aut fortunis tãquam malo eligente: hæc in pueris grassari: illa in adultis: hæc proceres lentire, illa pauperes.

*Lues Gallica.  
Gallicidolores.  
Gonorrhæa virulenta.*

peres. Accidit etiam vt noua morborum genera gregatim omnes sentirent. Quid hoc esse dicemus? aut quas deorum iras? parũ enim erant homini certa morborũ genera, cum supra tercenta essent, nisi etiam de nouo alia timerentur? Hæc Plinius: non tamen ita de hydrophobia dici potest, vtpote quæ vetustissimũ malum existit, & cuius principiũ ignoramus: Nam Homerum Hippocrate vetustiore hanc memorasse affectionem legimus, si quidẽ Iliados. 8. cum inducit Teucrũ occisis octo, Hectorem non potuisse percutere, ita eum locutum scribit.

*Rabies uetus malum.*

*Rabiei meminit Homerus.*

*Τὸν ἴν' ἐν δ' ἄνακτι βαλέειν κυναυαρίσῃσιν,* id est, hunc autem non possum percutere canem rabidũ. Præterea si Hippocratis temporibus, & antea multo, canes extiterunt, ac occasiones similiter cunctæ, quæ ipsos in rabiem solent adducere: rationi consonum

videtur, illis etiã sæculis perniciem hanc irrepsisse. Hippo. tamen cum vnus ex primis Medicinæ inuētōribus fuerit, non potuit singula artis excolere, atq; de omnibus scribere, nã vt ait Varro: Nemo vnus omnia scire potest, aut fortè multa eius volumina apud nos non extant, quæ vitio temporũ fuere abolita. Nam in his quæ habemus nil ferè de ictibus animalium virus vibratiũ scriptũ reperitur, quos tamẽ cõstat, non ignorasse. Fortè etiã ad viros religiosos (quẽ admodum & hodie apud multas nationes fieri cõsuevit) morsus canis rabidi curationẽ attinere existimauit. De qua iã iã dicere aggredior, cũ de hydrophobiæ natura, causis, atq; origine, satis sit disputatum.

Canis rabidi morsus curatio.

Superest vt iam de illius curatione differamus, quæ prudenti, & in artis operib<sup>9</sup> instructo medico indiget. Quoniã Aëtio teste, lib. 6. c. 24. à rabioso

rabioso cane morsi si initio neglecti, aut malè curati fuerint, in affectionem immedicabilẽ incidunt. Quapropter rectissimè Gal. li. de Theriaca ad Pisonẽ. c. 16. dixit, q; si quis miser in alicuius inscij, ac imperiti tanquã in alterius feræ manus incidat, proculdubiò morietur. Nos tamen in præsentem hanc pro viribus explanabimus. Illud in primis admonentes, quæcunq; de canis rabidi morsibus sanatione à medicis tanquã probata adducuntur, omnia ferè, aut cõmunia saltẽ aliarũ ferarum morsibus conuenire. Maior etiã auxiliorum pars, quæ in cæteris virulentis ictibus profunt, in morsu canis rabie efferati, opitulari compertum est.

Inscius Medicus alteri aegrotanti fera.

Canis rabidi morsus remedia aliarum ferarum morsibus ferè cõmunia.

Cæterum curatio morsus cuiuscunque feræ, nedum canis rabie perciti, duobus cõpletur præsidiorũ generibus, eorũ nẽpè quę extrà vulnere ipsi admouentur, & quæ intus ab eo, qui

*De hydrophobia natura*

qui morsum accepit, sumuntur. De  
vtriusque in presenti agendum exor  
dio à prioribus sumpto.

*Que mor-  
sus extrinse  
cus applica  
tur, quæ  
esse debeat.*

Porro auxilia quæ extrinsecus idem  
parti à Medico applicantur in hoc  
omnia conspirant, quòd talia neque  
desiccantia, neque repellentia, neque  
cicatricem inducentia (quorum na  
tura teste Gal. lib. 5. cap. 16. de simpl.  
medic. facult. adstrictoria est, &  
desiccatoria) esse debent. Quimpo  
tius contraria attrahentia nimirum,  
dilatantia, relaxantia, atque mollien  
tia: talia nanque initio rabidi canis  
morsus (vt idem de similibus intelli  
gas) cõueniunt. Nam principio om  
nium virulentorum ictuum summo  
perè est euigilandum: vt per quam  
partem venenum corpori insinua  
tur per eandem foras euocetur, atque  
expellatur. Quem vsus nobis præ  
stant emplastra ex dictamo, cepa, ru  
ta, allijs contusis & ex similibus medi  
camen

*atque medela Liber. 39*

camentis calfactoriam, & attrahen  
tè vim habentibus: cuiusmodi sunt  
succus Cyrenaicus, & qui Medicus,  
aut Parthicus appellatur. Isaac Me  
dicus Israëlita lib. 4. pract. cap. 37. vi  
uarum gallinarum podicem vulne  
ri admouet ad virus exuggendum.  
Idem præstare possunt galli, iuuenes  
columbi, aut aliæ quædam aues. Quod  
si quæ applicatæ fuerint volucres mo  
riantur, pro comperto habendū est  
venenum nondum esse extractum,  
donec aues ipsæ, quæ admoventur,  
& in vulnere sic per aliquod spatiū  
detinètur, vitæ superstites remaneant,  
Celsus lib. 5. & Paulus loco superius  
citato viuum gallinaceum pullum  
per medium diuidere, & protinus  
calentè super vulnus imponere præ  
cipiunt: sic vt pars interior corpori  
iungatur. Quod etiam præstare pos  
se hædum, agnum ve d. s. illum, & ca  
lidam eius carnem statim super vul  
nus

*Que uene  
nūc vulne  
re non dum  
extractū  
se iam sicut*



*De hydrophobia natura*

nus impositam Celsus voluit. Transumit itidē, reuocatq; virus Theriaca, oleo rosaceo mollita linamentis imposita. Quæ Galeni sentētia, lib. de Theriaca ad Pisonem. c. 16. perinde atq; Pæonia aliqua Medicina, non tantum intus assumpta, sed & foris imposita, præsentaneum auxilium commorsis à cane rabido præstat: Nam cucurbitulæ instar, venenum è profundo extrahit, & exurgit. Ex quibus deregitur Barbarorum quorundam error credentium Theriacam foris impositam nihil profusus prodesse posse. Auxiliatur similiter compositum medicamentum, quod recipit ceræ, picis, axūgiæ uercis, olei antiqui ana quartam vnam, chalbanivnciam. Concinnatur etiam à Medicis plura alia medicamenta, quæ virus elliciunt, & vulneris oras latis, ac hiantes seruant: quale est illud, quod affertur à Gale-

*Theriaca extrinsecus vulnere ad motu auxiliatio est.*

no

*atq; medela Liber. 40*

no libr. 11. de simpl. medic. facult. & lib. 3. de compositione medicamentorum per genera, capite. 5. constans ex pingui pice, aceto, oppopannace addito, pro molli corpore, quale puerorum & mulierum habetur, oppobalsamo, aut oleo antiquo, vel unguento aliquo discussorio, veluti Amaracino, Glauicino, Cyprino.

Veruntamen hæc omnia in cæterorum virulentorum animalium ictibus exusu esse poterunt. Sed in morsu canis rabidi lægudiora multo sunt, & imbecilliora, quam vt vim, & veneni vehementiam superare possint. Quapropter tam paruis medicamentis relictis vehementiora multo sunt attentanda. Censentes nimirum cum Galeno in hoc & similibus affectibus minimè à paruis incipiendum auxilijs esse, neque sicuti medicorum nonnulli arbitran-

*Hipp. 1. Aph. 6. extremis morbis extrema remedia conuulsiue adstruunt.*

tur

tur parua prius tentanda esse, mox si non contulerint aggredienda maiora. Nam in morbis in quibus vitæ periculum non impendet vera istorum est opinio: at vbi moriendum ægro profus est, si hydrophobia semel correptus fuerit, alienissimum à ratione est, à minoribus inchoare, & lib. 1. de compositione medicamentorum per genera cap. 16. de rabidi canis morfu verba agens, inquit, in tam periculosissimo affectu certis medicamentis relictis curiosæ experientiæ causa, alijs quæ talia nō sunt, morfi salutem prodere, graue & iniquū esse, quia omnia huiusmodi vulnera lethalia sunt, & præsentem sæpe perniciem, si protinus nō succurritur, adferunt. Proinde & extrema illis iuxta Hippocratis consilium adhibenda sunt remedia, minime illorum violentiam verentes. Nam vt Dioscorides ait: satius multò est me-

*ynuehem-  
tissimis ma-  
lis nō licet  
à paruis au-  
xilijs in-  
choare.*

dica-

dicamentorum inhumanos tolerare cruciatus, quam per inertiam & desidiam indiscrimen adduci. Extrema autem remedia erunt cucurbitula cum copiosa flamma admota: Sca-rificatio, vltio, quæ ferro aliquo cādenti peragitur. Suctus qui alterius hominis ore fit, licet inter extrema recenseri non debeat, plurimum tamē, si Galeno credimus. lib. 13. Metho. c. 6. extractioni viri è vulnere opitulatur. Quapropter de omnibus in præsentia agendum, principio à suctu accepto.

*Que sunt  
extrema re-  
media.*

Suctus licet alijs virulentis ictibus præsidio esse possit, in rabiosi tamen canis morfu, sine maximo sugentis periculo adhiberi non potest. Quia Celso auctore serpentis, & aliarum ferarum virus, vt & quædam etiam venatoria venena, quibus Galli præcipuè vtuntur non contactu, aut gustu, sed in vulnere nocent. Ideoque

*Suctus in  
rabidi canis  
morfu sug-  
genti peri-  
culosus.*

F subdit:

*De hydrophobie natura*

*Serpentis* subdit: Colubra ipsa tutò estur, ictus  
*nirus in vul*  
*nere tantum*  
*lethalis.* eius occidit, & si stupente ea ( quod  
per quædam medicamenta circula-  
tores faciunt ) in os digitum quis in-  
didit, neque percussus est, nulla in  
eâ saliuâ noxa est. Ergo quisquis e-  
xemplum Psylli secutus id vulnus  
exugerit, & ipse tutus erit, & tutum  
hominem præstabit, dummodo in  
aliqua oris parte vlcus non habeat,  
de veneno tamen canis rabie exca-  
descensis secus est dicendum, quip-  
pe quod solo adhæsu interimat, mē-  
*Venenum*  
*canis rabidi*  
*solo adhæsu*  
*exitialis.* branamq; non oris tantum tenuem,  
atque raram; sed & partium exter-  
narum epidermidem, quantumuis  
validam, ac densam, & arctos cor-  
poris meatus sua efficacissima vi pe-  
netret, introque penitus subeat, ac  
inde sensim in corporis principes  
partes inuadat. Peccat fanè in hoc  
*Fracastorei* Fracastoreus, libr. 2. de morbis con-  
*error.* tagiosis existimans venenum illud  
non

*atq; medela Liber. 42*

non posse corpori communicari per  
simplicem contactum, sed dilace-  
ratione cutis indigere. Cuius con-  
trarium sentit Galenus, libr. 6. de lo-  
cis affectis, capit. 5. dum ait: tantam  
fieri in canē tunc hominum corrup-  
tionem, vt solum eius sputum si hu-  
manum corpus tetigerit, rabiem  
excitare possit. Quod sartrix illa,  
(cuius Coelius Aurelianus, libr. 3. ca-  
pite. 9. de acutis morbis mentio-  
nem fecit) magno suo malo fuit  
experta, quæ cum Chlamydem ex-  
cissam rabidis morsibus, sarriendam  
sumeret atque ore stamina compo-  
neret, & lingua panorum suturas  
lamberet assuendo, quò transitum  
acus redderet faciliorem, tertia die  
in rabiem deuenit. Ex quibus clarè  
intelligitur quam sit suctus morsus  
canis rabidi fugentibus, etiam si  
ne oris exulceratione periculosus,  
quantum que in hoc affectu formi-  
dandus.

*Sartrix ra-*  
*bida facta.*

*De hydrophobia natura*

dādus. Si quis tamen in alijs iētibus venenosis eo vti voluerit ex Pauli, & Celsi monumentis his circumstantijs vtetur: Homo aliquis vilis adhibeatur, qui vulnus exugat, sed ne ipse qui exugit intereat, illud antea debet attendere, ne quod in gingibis, aut palato, alia ve oris parte vlcus habeat, ita enim & ipse tutus erit, & tutum hominem vulneratum reddet, vt inquit Celsus: Sugentem præterea oportet ieiunum nō esse, sed & cibum sumpfisse, & vino os colluiffe: postea exiguum olei continens in ore iētum fugat & expuat venenum. Quidam locum priusquam exugatur sponsia in poscam calidam immersa, aut in aqua in qua decoctum sit chamæmelum, & Syluestris Laphati radix fouendum, atque proluendum censent. Isaac lib. 4. practicæ. c. 37. loco exulcerato, aut commorso pro hac oris suctione hirudines

*Suctu quibus circumstantijs utendum.*

*atq; medela Liber. 43*

rudines adhærere præcipit, vt venenum exugant. Quod approbo, dummodo ipse antea virus quod continent exuant, eo modo quo libello de illis dicato docet Galenus.

*Hirudines suctus uicē gerunt.*

Cucurbita etiam cum multa flamma agglutinata id iuuamenti præstat, vt veneni vis extrahatur, ac foras euocetur. Quapropter à Dioscoride, Celso, Paulo, & Actuario in hoc affectu summopere commendatur. Est enim cucurbitula, vt in fine quarti Methodi scribitur instrumentum ad violentum attractum à medicis excogitatū. Quod libr. 13. eiusdem tractationis cap. 6. iuxta calcæ confirmat. Nam cum dixisset in punctu, morsu ve animalis vacuandum virus esse medicamentorū ope, quæ potenter attrahunt, subdit: Vacuant id tum calfacientia omnia, tum quæ citra calfactionem vehementer attrahunt, veluti cucurbitulæ, & caua

*Cucurbitæ utilitas.*

*Cucurbitula quid.*

cornua quædam, quibus nonnulli cucurbitularum vice utuntur: debet tamen cucurbitula admoueri, non semel, sed iterum, atque ter, idque cum flamma copiosa, ad hoc ut ignis natura, atque potestas veneni vim eneruet, & dissoluat. Quod si locus id patitur, altioribus vlcusculis scarificandus est, quo pluribus quasi canalibus, ac rinulis multum vitiatum sanguinis extrahatur, ut sanguinis illius corrupti copiosa vacuatio obsistat, ne venenum membratim corpori insinuetur vniuerso. Attrahetur etiam, & foras euacuabitur una cum sanguine, & spiritu ipsius virulentæ bestię venenum. Profundioribus tamen vlcusculis secari locus debet, quia ut Dioscorides & Actua-

*Rabioforū animalium vulnera exigua, & scarificationibus*

rius literis prodiderunt, nulla rabioforū animalium vulnera æquè timenda sunt, ut exigua, ac scarificationibus similia. Nam ex maioribus

bus cumularius, copiosiusque sanguis dum effunditur aliquid quoque veneni exhauritur, at ex minoribus nequaquam, quinimò à maioribus, eorundem auctorum sententia, abscedentes carnes adimendæ sunt, & labiorum margines acie scalpelli præscindendæ, & apprehensa hamo caro amputanda. Porro non tantum carnem præscindere conuenit, sed interdum membrum, quod sic à lethali, ac virulenta fera, vel morsum, vel ictum est, mutilare. Sic enim Galenus, libro tertio, de locis affectis, capite septimo, refert vitorem quendam à vipera in vno digitorum morsum, cum feram agnosceret, falce quam tunc fortè habebat, ab ultimo articulo ictam partem rescasse, deinde inducta vilitatis pharmacis in digito cicatrice nullo sumpto medicamento vitæ superstitem

*bus similia maxime for midanda.*

*Membrum à lethali fera morsum interdum mutilandū.*

*De hydrophobia natura*

permansisse. De alio similiter sic ictō scribit, qui digiti radicem apud palmam validissimo vinculo ligauit. Celsus lib. 5. c. 27. in primis in omni morſu feræ super vulnus id membrum deligandum eſſe dicit, non tamen nimis vehementer, ne torpeat.

*uſtio uene  
natis ictibus  
preſidium lō  
gè efficacif-  
ſimum.*

Super eſt ut iam ad uſtionem accedamus, quam longè efficaciffimum in uenenatis ictibus præſidium eſſe medici veteres prodiderunt, ubi locus hâc patitur, hoc eſt, ubi nec neruoſus, nec muſculoſus exiſtit, licet non defuerint qui eam improbare ſint auſi, dicentes in uirulentis morſibus non conuenire, quoniam eas partes quibus candens ferrum adhæreſcit, ſtringendo, atq; denſando uenenum interius reſſimit, ac intracutim cohibet, & ut foras expiret impedimēto eſt. Ad quod non parum facere ſcaram, ſeu cruſtam ab igne  
geni-

*atq; medela Liber. 45*

genitam arbitrantur, quæ ſua craſſitudine uenenatos effluxus inebet, intusq; comprimit. Veruntamen iſti non conſiderant, cauteria calore, atque dolore verſus partem uſtam uenenum potenter attrahere, & foras euocare: cuius difflationi, & ſpirationi exigua illa denſitas non obſiſtit. Adde Dioſcoridis, & Aëtuarij teſtimonio ignis facultatem, quauis alia eſſe ualentioſam. Quapropter ueneno potitur, & illud domat, abſumit, atq; vaſtat. Nam ut lib. 2. de natura Deorum Cicero ſcriptum reliquit, hic noſter ignis, quem uſus uitæ requirit conſector eſt, & cōſumptor omnium, idemq; quocunq; inuaſit, cuncta diſturbat, atq; diſſipat. Cui Gal. ſubſcribit lib. 1. de ſimpl. medi. facult. c. 11. dicens: Ignis ut qui omnium eſt tenuiſſimus, ſimul & calidiſſimus, & in profundum facilè permeat, & comminuit, vincit, extenuatq;

*Ignis uenenu  
abſumit  
ſua efficacif-  
ſima ui.*

*De hydrophobia natura*

atque transmutat, ac in suam denique naturam conuertit, vnde quaque scilicet contingens, & quod contingit exuperans, quae omnia in virulentis moribus vltiopræstat. Accedit ad hæc alia non vulgaris vtilitas, quod pars ignem experta manere diutius apertam exulcerationem facit, nam in id summopere est studendum, ne temporius vlcera coalescant, & cicatrice induantur, sed ad minus ad quadragesimum vsque diem, sordida adhuc, & in inflammationem minantia prorogentur, quod rabidi canis venenum egredi queat. Hoc voluit Galenus, libr. 2. de Antidotis, capite vndecimo, & libro de Theriaca ad Pisonem, capite decimo sexto, cui astipulatur Auicenna. 6. quarti tractatu. 4. capite nono, cicatricem remorantur carnis circumquaque & ad rotunditatem circinatio, & Syluestre allium detritum

*Vulnera die  
bus quadra-  
ginta aper-  
ta seruanda  
sunt.*

*Que cicat-  
ricem re-  
morantur.*

*atque medela Liber. 46*

tum, item cæpæ, succusque Cyrenaicus aut qui medicus appellatur. Ad hæc tritici grana tan mansa quam integra. Nam hæc vlceris humore imbuta, & tumefacta oras eius dilatant, illa, opinione Dioscoridis, à ieiuni mandentis salua sibi, nescio quid adsciscunt, quod suapte natura veneno resistit. Commorsam partem etiam vellicare, & vlceris referare potest medicamentum illud, quod supra ex Galeno, libro tertio, de compositione medicamentorum per genera, capite quinto, attulimus, pice, aceto quam acerrimo, & opponace constans. Vbi animaduertimus quod si qui morsum accipit delicatioris cutem habeat, diluendum medicamentum esse oppobalsamo, aut aliquo ex vnguetis discussorijs, vt irino, amaracino, aut cyprino, vel si hæc non ad sint oleo veteri. Alij morsum ebulli oleo fouent. Aliud

*Granatritici  
ci integra,  
& mansa  
vulneris la-  
bia dilatã.*

*Medicamen-  
tum ex Gale-  
no vlceris  
referans.*

*Oleum vete-  
rus pro oppo-  
balsamo.*

*De hydrophobia natura*

Aliud aperiens euocans, & exiccās, atq; vesicas inducens habet chalbanī, sagapeni, oppoponacis, ana vncias quinque, euphorbij drachmam vnam, iridis, giridis, aristolochiæ, gentianæ, ana drachmam vnam, nītri, sulphuris ana scrupulos duos, ceræ quod sit satis. Quod si vt crebrò vsu venire cōsuevit, vlcera priusquā dies postulet agglutinentur, & cicatrices contrahant, necesse est circū carne amputata, aut exusta illa iterū refricare, ac aperire. Quod si qui morsum patitur ob rimiditatem experiri ignē noluerit, septicis, & exurentibus medicamentis vtēdum est, cuiusmodi sunt puluis præcipitatus, vitriolum, argentum sublimatum, q̄ hac in re maximè probatur, quia non tantū valentissimè inurit, sed etiam exusta ab eo caro, obductaq; crusta citò decedit. Quod in omnibus causticis magnopere est curandum

*Si ulceratē  
porius quā  
par sit co-  
lescat, quid  
faciendum.*

*atq; medela Liber. 47*

dum quò veneno facilior pateat exitus: quippe ea diu in vulnere retenta omneis abducit meatus magno ægrorum detrimento. Atq; de ijs auxilijs quæ extrinsecus admouentur, hæctenus. De illis verò quæ intus sumuntur, de inceptis agendum.

Plurima quidem sunt alexiteria *De auxilijs* medicamenta, quæ ab hoc morbo *quæ sumuntur.* obsessis magna illorum vtilitate sumi solent, inter quæ Theriaca, & ex cancris medicamentum, primum obtinēt: de quibus hoc loco pauca dicemus, ea videlicet quæ ad præsens propositum facere videntur.

Theriaca generosa, ac excellens *Theriaca.* antidotus singulis sumpta diebus, non tantum à mille morborum centurijs liberat, verum etiam à noxijs potionibus, & virulentorum animalium moribus defendit, vt lib. de Theriaca ad Pisonem. c. 2. quam plurimis exemplis comprobauit Gal. & c. 16. eiusdem



eiusdem commentationis, peculiari-  
ter ijs, qui à cane rabioso sunt icti,  
non tantum in principio morsus, ve-  
rumetiam cum iam hydrophobici  
fiunt, posse auxiliari his verbis testa-

Rabies mor-  
borum om-  
nium pesti-  
mus.

tur: Aquæ formidinem morborum  
omnium pessimum, hæc antidotus  
plerumque tollere consuevit, stre-  
nuèque aduersus tot malorum con-  
cursus dimicare, quibus non solum  
corpus exiccatur, & interdum con-  
trahitur, febreque intus aspera com-  
buritur, sed etiam animus delirat,  
& difficillimis symptomatis lacessi-  
tur. Non tamè vt li. 1. de Antidotis.

Theriaca  
malore uim  
obtinere an-  
te, quâ post  
absumptum  
uenenam.

c. 1. ipse memoriæ prodidit, eandem  
vim habet post uenenum accepta,  
quàm ante uenenum sumpta habe-  
bat. Nã portio Antidoti, quæ priùs,  
& semel hausta, tantum à morte  
quempiam præstitisset, ea uenenum  
subsecuta, nisi ad quadruplum, quin-  
cuplum ue aucta, non iuuabit. Ne-  
que

que id semel tantum, sed bis sin-  
gulis quibusque diebus hausta fa-  
ciet.

Conciliator. differentia. 179.  
pugnacissimè defendit. Theria-  
cam à cane rabido morsus non con-  
uenire. Quoniam nec Serapio, nec  
Rasius, nec Haliabas illius in huius  
morsus medela meminere, quasi nõ  
magis intersit, Galenum, Auice-  
nam, Paulum, Aëtium, & Diosco-  
ridem eam in hac laudasse, quàm  
Haliabatè, Rasium, & Serapionem  
usum eius siluisse. Rursus addit, ca-  
lida & sicca cum sit, ueneno calido,  
& sicco mederi nõ posse, cū medela  
omnis per contraria perfici debeat.  
Veruntamen Theriaca non qualita-  
te manifesta, sed tota substantia, &  
caca occultaque proprietate ictis à  
rabioso cane prodest, alias enim in  
morsu viperæ, cuius uenenum Aui-  
cena. 6. quarti tractatu tertio, capi-

R eprehenditur  
Conciliator.

te. 2. 1. & secunda primi. Doctr. 2. ca  
pit. 15. iuxta finē, & Aetio, li. 4. ferm.  
1. c. 21. testibus calidum extat, & sic-  
cum, non conferret. Neq; scordiū ca-  
lidityte præditum corpora à putredi-  
ne posset præseruare: cuius hac in-  
re tantam vim esse. 1. de Antido-  
tis. c. 12. Gal. est auctor, vt quæcunq;  
supra illud in præliis quodam intere-  
ptorum cadauera per multos dies in-  
sepulta iacuisent, diutius remane-  
rent incorrupta, secūdam eas potis-  
simū partes quæ herbam ipsam at-  
tigerāt. Ob q̄ sanè causam si Gal. cre-  
ditur omnib⁹ persuassum fuit vena-  
nis ferarum, & mortiferis pharma-  
cis vehementer repugnare. Quare  
dicendum hæc & alia huiuscemodi  
non calore, aut siccitate, sed vniuer-  
sa sua substantia operari, atq; prodes-  
se. Theriaca itidem commorsis à ra-  
biofo cane auxilium præstat, quia ve-  
nentū absūmit, ac deuatat, & vires  
corpo-

*Theriaca  
quib⁹ facul-  
tatibus com-  
morsis præ-  
sidio sit.*

corporis roborat. Præterea, si ob id  
quod Theriaca calida est, & sicca in  
morsu canis rabidi exhibenda non  
esset, similiter, & gentiana huiusmo-  
di prædita qualitatibus exhiberi nõ  
deberet. Quod planè falsum est.  
Quapropter Theriacā ictis à rabio-  
so cane competere non dubitamus.

Ex cancris autem medicamen-  
tum adeò præstans est in hac passio-  
ne, vt. 1. 1. de simplicium medicamē-  
torum facul. affirmet Gal. neminem  
vnquam mortuum esse, qui hac an-  
tidoto fuerit vsus. Quapropter eius  
vires miris laudibus ab authoribus  
celebrantur. Constat ex cancrorum  
cinere, thure, atq; gentiana, thuris sa-  
nè partem esse vnam oportet, quin-  
que autem gentianę, cancrorū decē  
exhibetur etiā solus cancrorum ci-  
nis, verū cum gentiana, & thure,  
multò præstātor censetur. Accipiē-  
di sunt fluuiales cancri æstiuo tem-

*Antidotus  
ex cancris.*

*Qui cæcri  
conueniant  
& quando  
uenandi.*

*De hydrophobie natura*

pore post canicula exortum, quãdo iam sol Leonem illustrat, luna decimo octaua à conjunctione die. Vren di autem sunt furno, & in patella æris rubri. Dioscorides in sarmentis vitis albæ, quam brioniam vocant, cremat. Haliabas viuos esse assandos addit. 4. Practicæ, capite. 31. Porro Æschrion empyricus medicus, & Galeni præceptor, hoc medicamen ijs qui à cane rabioso erant morfi, quotidie bibendum præbebat diebus quadraginta, mensura magni cochlearis (hoc est dragmæ vnius) aquæ inspersum. At si non protinus ab initio, verum aliquot post dies curam capisset demorfi, tunc quotidie duo cochlearia aquæ inspergebat. Auic. 6. quarti tractatu. 4. cap. 9. ad quatuor vique cochlearia progreditur. Eliguntur in præsentī medicamento cancri fluuiatiles, quòd nil falsi habeant, humidioresque sint

*Fluuiiales  
cancris ma-  
rinis humi-  
diores.*

ma.

*atq; medela Liber.*

sa

marinis. Quare Auic. eos cum aqua hordei in febribus hefticis valde probat, prima, quarti tract. 3. cap. 4. Reperitur frequens eorum prouentus (Rondeltio teste, cap. 14. lib. de piscibus fluuiatilibus) in Græcia, Sicilia, Hetruria, & in vniuersa Italia, vbi qui eos vendunt, funiculo alligatos, & à se inuicem seiunctos seruât, ne se contingentes pedes mutuò sibi arrodât, atq; vorent. Quod verum esse experimẽto nouit Rondeltius, qui cùm Romæ ducentos emisset, domiq; in aquã reficiẽdos, ac saginãdos cõiecisset, ita inter sese cõflictatos esse scribit, vt plures quinquaginta mutilatos repererit. Eoq; tandem deuentum esse commemorat, vt omnibus necatis, vnicus superstes fuerit. Delicatio rum, ac magnatum mensis summè expetuntur, quia molles, carneq; dulci sunt. Quidam in lactè suffocant, quò dulciores, & meliores fiant

G 2

Cæte-

*De hydrophobie natura*

Cæterum ad id vnde digressi sumus redeūtes. Pelops Galeni etiam præceptor, omnium causas reddere volens, dicebat, cancerum quia animal est aquaticum, prodesse à cane rabido demorsis, quibus videlicet metus est ne corripiantur affectu siccissimo, nempe rabie: Quam ob rem sanè & ipsi aquam metuunt. Verum posteriorem hanc partem (quæ est quam ex Rufi mente affert Auic.) supra rationibus evidentibus, satisque efficacibus refutauimus. Priorem vero improbavit Gal. dicens: Quod si eò quod cancer animal est aquaticum commorsus à cane rabido prodesset, sequeretur omnia animalia aquatica, quæ humiditatem vigentem obtinent, prodesse debere. Quod falsum esse, nemo est, qui ambigat. Quapropter dicendum potius est, aliquam esse canceris cum venenocanis rabidi antipathiam, id est, totius sub-

*Canceri non qualitate manifesta sed occulta*

*atq; medela Liber. 51*

substantiæ proprietatem, per quam illi medetur, quod li. 1. de cõpõsitione medicamentorū per generahis verbis confirmat: Ad rabiosos morsus aptū ne sit pharmacū, siue bibitū, siue extrinsecus impositum, ratione cognoscere, nemini licet. Indicauimus enim totius substantiæ proprietate eiusmodi medicamenta efficaciam habere, & ob id experientia iudicari. Quod axioma. 6. de simpl. med. facul. titul. de abrotono, & tit. de aliso, & li. 9. ti. de lapidibus in principio iterū inculcat. Quib<sup>9</sup> in locis asserit, quæ agūt à proprietate substantiæ, nõ colore, non sapore, non odore, vllis ve alijs sensuum qualitatibus, sed sola experientia deprehendi. Atq; hæc sunt quæ morsus initio peragēda veniunt. Quo tempore neque venam secare, neq; deiectorium pharmacū exhibere, neq; vrinam mouere oportet, quia hæc omnia ex partibus ex-

*morsus à rabioso cane profunt.*

*Occulta proprietate solo experimento cognoscitur.*

Vena se-  
ctio, et pur-  
gatio à par-  
tibus exte-  
rioribus ad  
interiores  
reuocant.

timis ad intimas, & ad ipsa viscera re-  
uocant venenū. Qua ratione sangui-  
nis missio in scabie ex anthematis,  
aut papulis apparentibus, ac iā mani-  
festis, gratia causæ cohæretis interdi-  
citur, nec (nisi in corporis profundo  
adsit plenitudo) exercendam tunc  
esse medicorum consilium est.

Circūstan-  
tie in san-  
guinis mis-  
sione obser-  
uandæ.

Veruntamen cum venenum per  
corpus iam dispersum est, & omneis  
corporis parteis occupat, Pauli de-  
creto sanguis mitti debet: præsertim  
si is qui percussus est, plenitudine la-  
boret. In ipso tamen sanguinis fluo-  
re Cœlius Aurelianus auertendum  
esse ægrotantis os, ne mordeat, &  
sanguinis fluxū manu esse excipien-  
dum, præcipit, ne ipse æger sonitu  
percutus moueatur. Veruntamen  
cum sanguinis fluoris contactus for-  
didus sit, nec periculo vacet, tutius  
esse existimarem sanguinis ictum  
linteo excipere: Malo verò amplius  
vehe-

vehementiam suscipiente, ac cere-  
bri facultates vitiantes, haud præ-  
ter rationem erit metaphræno in-  
ter operas scopulas cucurbitulas  
cum scarificatione admouere, ac  
vlicuscula deinde spongiarum va-  
poratione fouere, quæ quidem  
latenter erunt ex oleo, aut cali-  
da exprimendæ, & pannis, vel lin-  
teis inuoluendæ, ne humoris con-  
tactus, aut sonitus exagitent ægro-  
tantes. Conuenit etiam melana-  
gogis medicamentis vniuersum  
corpus purgare, & multam vri-  
nam ciere: ac demum talem cu-  
ram adhibere, qualem maniacis,  
& melancholicis moliri solemus.  
Omnium conuenientissima ad e-  
vacuandum, sunt hiera, tùm  
Archigenis, tùm quæ diacholo-  
cynthidos nuncupatur, at quæ  
item niger helleborus, quò in hac  
labe præstantius nil reperitur, si

Humoris  
contactus,  
aut sonitus  
exagitant  
rabientes.

si sero lactis exhibeatur. Valet & epithimum eodē modo sumptum, sena, polypodium, fumaria, & in vniuersum quæ melancholicum humorem educunt.

*Quæ in uetusto malo peragenda.*

Verū enim verò, quibus in omne corpus venenum grassatur, quiq; ex multo tempore ictum acceperūt, neq; scalpro carnem circinare, neq; cucurbitulas adiungere, neq; vstionem experiri conuenit. Nam quod iam pertransijt huiusmodi auxilia euocare satis non possunt. Quare iam nulla illorum occasio, aut utilitas relinquitur: sed potius ( vt ait Dioscorides ) incassum corpora doloribus dilaniabunt. Quam sententiā sequi videtur Auic. 6. quarti tractatu. 4. c. 9. dum ait: Et si consecutus fueris eū post dies plures, tūc in dilatactione vulneris nō sis sollicit⁹, neq; superfluē labores in ea, qm̄ citra ali-quod iuuamen ægri virēs exolues.

Hoc

Hoc tamen tempore si eò iam miseriam deuentū est, vt aquam reformidēt, vnicū remediū esse scribit Celsus lib. 5. suæ medicinæ, videlicet, nō opinanteis in piscinam eis haud præuisam proijcere. Et si natandi scientiam non habent, modò merfos bibere pati, modò attollere: si habent, interdum deprimere vt inuiti quoque aqua fatiētur. Sic enim, inquit, fitis, & aquæ metus tolletur. Alij ægrū (vt ex Artorij testimonijs Cælius Aurelianus cōmemorat) in vas frigida plenum miserunt, quidam eum in puteum posuerunt fassis in iectum, vel inclusum, vt necessitate bibere cogeretur. Sed quia in his periculum imminet, ne frigidum corpus, in aqua frigida vexatum, neruorum distentioprehendat, id ne accidat, Celsi decreto à piscina protinus in oleū calidū dimittendus est æger. Verūtamen omnes isti iudicio meo

*Si aqua reformident quid facere iubeat Celsus.*

*Quibus modis cogitur bibere æger.*

G 5 igno-

Celsus li. 3. cap. 20. de lethargicis inquit, nō si uigilant meliores sūt, sed si ex se meliores sunt ipsi uigilant.

Affectio va- bier copio- sa humectatione mite- scit.

ignorare videtur, q; passionis huius curatio est, non ut bibāt, sed ut bibe- re velint: quod eueniet cum affect⁹ ipse adiutorijs fuerit destruct⁹. Mul- ti enim prædictis modis bibentes (ut inquit Aurelianus) ex aquæ frigida vexatione, & indignatione cū mini- stris eos bibere cogentibus raptu af- fecti sunt grauiori. Est. n. summo pe- re studendū ne ægrotātes nimis ex- candescāt, aut cōmoueamtur. Necta- men ire inficias volo, esse vehemen- ter hortandos ut bibant, & omni ar- te prouidendum, ut quoad maximè fieri possit potū sumant, citra iracun- diam tamen, & corporis agitationē hoc facere necesse est. Nā cū affectio arida sit, humectatione copiosa non mediocriter iuuari solent, quinimò ex sitis tolerāria multò q̄ antea infan- iores reddūtur, tabi utiq; vi à sicci- tate vehemēter adaucta. Quod li. 6. cap. 24. his verbis voluit Aëtius, uti

vehementi correpti potum non ad- mittunt, vnde etiā magis intēditur ipsi veneni malignitas. Quapropter medici ut quoquo modo bibāt, non citra maximā rationē, nitūtur, nunc gelu, vel niuē ægrotis offerētes, nūc viridem ficū, vel pirū, aut cucumerē, vel his similia. Aui. 6. quarti trac. 4. in fine noni. c. & Rasius. 3. 5. continētis tractatu. 2. c. 495. calami per forati initium ori ægrotantiū immittunt, de hinc ex alia parte per aliam ca- uernam aquam infundunt. Aurelia- nus potum his offert fictili vasculo, tenui cauerna perforato, qualis vbe- rum est papilla. Haliabas. 4. Practi- cæ, capit. 31. in fundibulo quodam ligneo, vel argenteo ori illorum im- posito aquam esse mittendam suad- et, ut liquorem assumant, & nul- la indignatione afficiantur, visu per- territi.

Multimodis quibus cogantur bibe- re ægro- tantes.

Verūm hi omnes etsi laude digni sunt

*Læsto in hydrophobia, non in externis sensibus sed in phantasia continetur.*

*In rabientium phantasia liquoris collocatur odium.*

sunt, quod idonea inuenerint instrumenta, non tamen mihi videntur animaduertere, haud quaquã in visu, aut aliquo alio externo sensu, sed in phantasia dãnnum consistere, quæ tunc iam diu à veneno occupata, antiqui hospitis vestigia sequitur, illiusque naturam æmulatur. Itaque cum in imaginandi facultate liquoris omninis consistat odiũ, cuiuscunque sensui aqua occurrerit, protin<sup>9</sup> ille quisquis fuerit, tanquam fidissimus quispiam fatelles discordiam fictrici facultati renũciat. Quam cum sentit potèria hæc, corpus cõmouet, & exagitat, ac totis viribus efficit, vt aqua procul abigatur. Hinc fit vt solo gustu, aut tactu ab hydrophobico aqua percepta, aut illius sonitu audito eadem accidètia sequãtur, quæ cum ab eodem videtur, sequi consueverunt. Quod demonstrauit medicus ille, qui tantũ ex cõtactu lacrymarum

rum terrore vehemèti fuit affectus. Qua de causa ex loco vbi erat exiliens vestem cõscidit. Et puer etiam qui lacte degustato vbera matris formidabat. Quod idem posse euenire solo aquæ sonitu percepto aut illius nomine audito Aurelian<sup>9</sup> est testis. Quapropter si potaruri sunt enitendũ est, vt quoad fieri maximè possit, dũ potus illis offertur non vnus aut alter, sed sensus decipiantur omnes. Quod fiet constructa fistula illa oblonga ex cõcreto sacharo, aut coagulato melle vel redolenti maximè cera, quæ ab Auic. ad hunc vsum excogitatur, vt istarum materierum odor, atque sapor, aquę gustum ementiantur: quod in tenebris, vel oculis eorum occlusis, aut temporaliter obseratis fenestris faciendum est, ne visus (quo magis quã alijs sensibus perterrentur) ipsis, aquę formidinem afferat. Haliabas cuti hyaræ, vasi vbi est

*Fistula adhibendum.*



*De hydrophobie natura*

est aqua substracta, & Aëtius libr. 2. ferm. 2. iuxta finem. 24. capitis, phoca, vel vrsi, magisque hyēne pelle poculo eidem imposita eis aquam esse propinandam arbitratur, superstitione nimirū seducti quod naturalis auctoritas istarū belluarum, quæ canibus est contraria timorem egrotantium soluat. Quod si tandem potum recusarint, tepidam aquam, atque oleum hydre <sup>æor</sup> vocāt, clystere iniiciemus, quantitate quidem modica, vt facile contineatur. Nam si humor iniectus plurimus fuerit, sua redundātia & pondere prouocat expulsionem. Quod etiam præceptum in alijs qui eximio intestinorum sensu pollent, ac continendi vi non admodum valent, perpetuò est obseruandum. Neque aliam ob causam puto Hipp. 1. de victu acutorum text. 45. sublutio nem, in virtute tantum valida admisisse, nisi quia debilem, enemata ipsa etiam

*Clyster son-  
la humoris  
multitudi-  
ne interdū  
molestus.*

*atq; medela Liber. 36*

etiam si nil acre, aut malignum in se habeant, sola saburræ tanta quantitate, quanta per cōmunes clysteres iniici solet, satis molestant, & exercēt. Fatigatur enim ac lacepsitur natura, non solum humorum acrimonia sed & eorū multitudine tantum, quemadmodum Gal. in plerisque locis nos docuit. Ob quā similiter causam crebrum clysteriorum vsum in colico dolore criminatur Auicenna 16. tertij tractatu. 4. cap. 1. dum ait. Et oportet vt non continuentur clysteria imò necesse est vt interueniat inter ea spaciū. Nam quæadmodum saburræ clysteriorū multitudo, sic eorūdem numerus multus ac frequens etiā in exigua quantitate potis est intestinis imbecillitatem adfiscere, ex qua imbecillitate fit vt aptius & promptè magis ex vniuerso corpore superuacanea suscipiant. Porrò est & alia ratio ob quā Hipp. sublu-

sublutionē in languida virtute non admittit, quia cum clysteres ad magnam ascendant ventris partem, naturam (mēbri præsertim exanguis & imbecillis, qualis intestinorū existit) magis molestant quàm balanus, seu glans, quæ vix rectum intestinū pertransit.

Erit in supposito affectu prædicta clysteris retentio, Aureliani sententia, utilis ad sitim minuendam, partibus interioribus irrigationis præbēs laxamentum. Post iniectionem tamen manibus admotis, eiusdem Aureliani decreto impressione modica eas ex inferioribus ad superiora ducentes, liquorem ascendere compellemus.

Galenus in fine libri. 2. de Antidotis admirabile præsidium esse testatur ijs, qui in aquarum formidinem iam deuenerūt, aquam in qua fabri ferrum intingunt, si quis eam illis bibendam

bendum præbuerit, artifice inscio. Quam sententiam Auic. & Haliabas sequuntur. Veruntamen Auic. posteriora verba reticuit, Et meritò quidem. Nam meo iudicio vanum est putare quòd aqua maiorē opem hydrophobicis præstatura sit, eò quod artifice inscio exhibeatur. Ad quod vanitatis genus referri potest id quod ab eodem Galeno scriptum est lib. 9. de compositione medicamentorum secundum locos. c. 2. titul. pharmaca potabilia ab Asclepiade scilicet, cynoglossum splenetis prodesse, si ante solis exortum manu sinistra colligatur. Ego hoc superstitiosum iudico, cū nil intersit cynoglossum, aut quanuis aliam plantam, hac, velle manu euellere. Illud verò tantum abest vt probem, quod remediū ipsum propter eius siccitatem suspectum habeam: neque certè in affectu siccissimo eo vti auderem.

*Aqua fabri ferrarij cōtenuitur.*

*Rabidorū  
uictus ra-  
tio.*

*Gal. 1. sect.  
apho. 17.  
corruptio  
exigit cōtē  
peramētū.*

In victu, indigentia, & repletio v-  
randa sunt, & magis indigentia ex  
Aëtij sententia, lib. 2. serm. 2. cap. 24.  
Nam, eo teste, indigētia humorum  
malignitatē adaugent, quod nequa  
quam commodum est vlceri mali-  
gno. Quapropter alimentum mode-  
rari oportet, quod & probè cōcoquat  
corpus, & succulentissimum aduer-  
sus affectum siccissimum ex bono  
succo fiat. In vniuersum Dioscoridis  
consilio alimēta talia esse debent, vt  
veneno aduersentur, ac simul eius  
vires hebetent, restinguantque, atq;  
prohibeāt, quominus ad intima per-  
nicies illabatur. A vini potu arcēdos  
non esse illos, qui à cane rabido sunt  
icti. Dioscorides, Celsus, & Actuarius  
memoriae prodidere, eò q; vt Diosco-  
rides ait, non tantum prædictos sco-  
pos præstare potest, verū etiam Celsi  
testimonio, omnib<sup>9</sup> venenis cōtrariū  
est. Modicè enim sumptū vinū ea iti-  
dem

dem ratione his cōducere existima-  
tur q; virtutes naturales intēdat, atq;  
roboret, & ferinā melācholicorū na-  
turā tractabiliorem reddat, quod nō  
minus vere q̄ eleganter pronuncia-  
uit Gal. libr. quod mores animi cor-  
poris tēperaturā sequatur. c. 3. ita ad  
verbum scribens: Vinū immoderatè  
bibitum, malū, quod si moderatè bi-  
batur, nō malū, sed bonū. Nam re ve-  
ra si modicè vtaris, & cōctioni, & di-  
gestionī, & sanguinis generationi &  
nutritioni confert abūdè. Adde etiā  
quod eo animus noster & mitior, si-  
mul & fidentior redditur, corporis  
nimirum temperaturæ beneficio,  
quam rursus humoribus adminicu-  
lantibus molitur. Hæc Gal. Est enim  
atrabiliariorum natura desperans,  
amarulenta, austerā, tædij plena, ac  
dura, ac proinde utilis illis vini po-  
tio existit, vtpotè eam fidentio-  
rem efficiēs, in melius commutans, ac vt

Vinum hydrophobiacis quale.

ignis ferrum facere solet emolliens. Sit autem vinum Celsi, & Actuarius sententia meracum, Dioscoridis autem non hoc simpliciter, sed etiam passum, seu dulce, quia reliquum siccius multo est, atq; vehementius quam ut predictis ex usu esse possit, praesertim si ut Celsus, & Actuarius praecipunt, meracum sumatur. Ex carnibus, vervecinae, turturum, passerum, columborum, in dumetis degentium, iunonum columborum, vtilis censentur. Haliabas. 4. Pract. c. 31. agnorum, hodorum, & gallinarum carnes indulget: Ex fructibus autem ficus, iuglades, uvas passas, & amygdalas praebet. Dioscorides lactis potum proponat. Sit autem quoad fieri possit alimentum sorbibile, quod, ut Coelius Aurelianus ait, libr. 3. de acutis morbis, cap. 16. latenter cum cibo etiam potus ingeratur. Allia, porri, & cæpæ, etiam si ab Actuario, & Dioscoride com-

Alliorum ceparum usum suspectum.

commendentur, eorum usum in hoc morbo suspectum habeo, quia prauis succi sunt, & siccitatem obtinet praepollentem. Laudant similiter praedicti auctores illa cibaria, quae difficulter conficiuntur, vixque abolerentur, exitumue reperiunt, propterea quod multos dies eorum qualitates remanent, quo tempore, neque vincuntur neque permutantur a lethifera illa vi, sed ex aduerso ipsam oppugnare contendunt. Verum mea opinione satis incostans est haec sententia, quae eadem refellitur scriptura, cum Dioscor. lactis haustum offerat, & uterque vinum, quorum hoc quidem teste Gale. lib. 3. de temperamentis cap. 2. ut as-  
 similetur, mutationem desiderat minimam, quo fit ut tum nutriat, tum roboret celerrime, lac vero leuissimo negotio confici, & permutari. 7. lib. Methodi cap. 6. scriptum est, aliam enim rabidis, & praeter naturam consumptis.

Vinum & lac leuissimo negotio mutatur.

sumptis, quibus virtus laquidissima est, non exhiberetur ab Hipp. 5. sect. Aph. 64. In cæteris Cœlij Aureliani sententia, est omnifariam mitigatione passionis providendum, vt nulla occasio detur excitandi furoris.

Quod si fortè audito lauacro, vel potu, aut alia occasione commoti, vel irati fuerint, tandiu est oblatio differenda, quoad mitiores reddātur. Ministros deniq; aptissimos esse oportet ita vt sint taciti, neq; fabulas iniiciētes, sed eius respondentes dictis cedentes, sic vt sine vlla resistētia; eū cōsentiendo coërceant, eiusque visa, quæ mentis falsitate efficiuntur, eodem sensum displicere, atq; incredibilia faciant.

*Ministros quales esse oportet.*

*A quibus à rabioso cane morfi sunt arceni*

Hoc tamen loco istos à rabioso cane monere mihi visum est, vt à quorundā lignorū contractu, præsertim corni arboris, & sanguineæ virgæ vocatę, abstineāt: quia si harum arborū virgæ

virgæ tādium manibus teneātur, quousq; cōcalescant, illico demorsos rabie efferari cōpertum est. Quod in Hetruria experimēto cognoscentes per integrū annū à prædictarū arborū adhæsiu arcēt. Narrat Matthiolus se vidisse in ciuitate Illicinēsi lanificum quendā rabie correptū, q; corni arboris virgis lanā diu excussisset, q; corū oblitus, quib⁹ sibi à medicis erat interdīctū, tandē rabie defatigatus, miserè discessit è vita. Ferunt etiā, si quis sub corno arbore iacuerit, qui aliàs demorsus à cane rabido sit, cōfestim in rabiem adigi, cuius euētus causam nōnulli tradere volentes, dicūt vapores, qui ex ea arbore cōtinēter exhalāt, stipticos quidē, & si licet dicere melācholicos ad hominē delatos, & intus calfactos, rabiei seminaria, propter quādam naturarū cōcordiam, suscitare posse. Auersam tamē facultatem, atq; discordiam

*Cur sub eorum iacere rabientes detegat.*

*De hydrophobie natura*

cum lue prædicta Cynobatus obtinet (adeo enim naturæ nihil placuit esse sine pari.) Quapropter qui à cane rabido sunt demorſi, auxilio est, q̄ numine quodam compertum fuisse lib. 25. c. 2. in fine Plinius testatum reliquit, his verbis : Nuper cuiusdam militantis in prætorio mater vidit in quiete, vt radicē syluestris rosæ, quã cynorrhodon vocant, blanditam sibi aspectu, pridie in fructeto mitteret filio lacte bibendam. In Lacetania res gerebatur Hispaniæ proxima parte, casu accidit, vt milite à morſu canis incipiēte aquam expauescere, superueniret epistola orantis vt pareret religioni, seruatufq; est ex insperato, & postea quisquis auxilium simile tentauit. Quod lib. 8. c. 41. hoc sermone repetiuerat ad morſum canis rabidi vnicum remedium oraculo quodam nuper repertū, radix syluestris rosæ, quæ cynorrhoda appellatur,

*Cynorrhodos facit rabientes,*

*atq; medela Liber. 61*

latur, qua radice tusa, & in puluerem redacta, aqua q; fontanæ mista & colata ad rabiosos canes Demetrius Constantinopolitanus lib. de cura, & medicina canū vtebatur. Huiusamen hic meminisse oportet, quod ij qui semel in hydrophobiam deuenerūt, etiam si ab ea liberentur, nunquam in pristinum statum reuertuntur, sed in posterum (si Plinio creditur lib. 28. cap. 3.) venefici fiunt: rātum remanet virus, excepto semel malo. Atque de medela huius morbi hætenus.

H 5 PSYL.

**PSYLLORUM, & Marforum**  
hominum confide-  
ratio.

**P**ostremò illud se se  
differèdum offert,  
extent ne homines  
aliqui, qui iactis à ra-  
biofo cane homini-  
bus, aut à fera alia  
compunctis animalibus, insita qua-  
dam, & naturali vi medeantur. Qua  
de re medici nostri, atq; Philosophi  
per pauca monumentis suis scripta  
mandarunt, disputationem hanc,  
aut inutilem, aut fortè vanā, ac men-  
dacem esse arbitrātes. In qua opinio-  
ne ego ad hæc vsq; tēpora extiti. Ve-  
runtamen cum proximis diebus in  
aemore Bigerræ cū Illustrissimo an-  
tistite

ristite Placentino essem, audissemq;  
ab eo hoc negotium haud parua cō-  
sideratione indigere, neq; rationes  
deesse, quæ homines hosce tali vi, &  
facultate præditos esse probarent,  
nosq; ad id credendū cogerent, cæ-  
pi sententiam mutare. Quapropter  
Salmanticā reuersus, toto eo tēpore  
quo lucubratiūculas hæc pro mea  
professione, publicè enarrabā, nihil  
mihi curæ magis fuit quam indagā-  
dæ veritatis in vniuersa de hydro-  
phobia tractione, & præcipuè in hæc  
de Psyllorū hominum disputatione.  
Ex quo ingenij mei neruos intédēs  
cæpi diuersos auctores perlustrare,  
schædas meas euoluere, atq; docto-  
rum hominū colloquia inire, vt ex a-  
dè possem intelligere num ea sen-  
tentia quæ Bigerræ placere ince-  
pit, veritatem, aut saltē probabi-  
litate aliquam obtineret. Quæ  
vt mihi arrideret illud imprimis  
me

me impulit, Illustrissimi præfulis opiniononi non esse dissentaneam, quandoquidem antistitem præclarissimū non temerè, neque citra maximam considerationem in eam peruenisse existimabam, cum perspicuè cognoscerem Dñm, & patronum meum Episcopum Illustrissimū inter Theologos esse sapientissimum, inter intercanonico peritos peritissimum, inter Philosophos eximium, nullamq; esse hominibus honestam disciplinā (absit invidia verbo) in qua vir ille præclarissimus non posset cum sumis artificibus contendere. Itaque quicquid Illustrissimi præfulis dictis impulsus, ac veluti assilatus reperire potuerim, dicam: illud imprimis obtestans, atq; affirmans, me hac in re, & in cæteris omnibus, quæ medicū negotium faceffunt, semper melius sentientibus consentire, illorumque dictis acquiescere. Non enim ex eis

*Dñi Petri  
Pōrij  
Episcopi  
Placētini  
laus.*

sum,

sum, qui sibi placendo malunt errare, quam alterius cedendo iudicio, respiscere.

Verum ut rem ipsam aggrediar, illud initio animaduertendū censeo, bonam istorum partē, qui se Pssillos, ac morsos esse profitentur, quiq; vulgo, salutatores, dicuntur, genus esse hominum flagitiosorum, incontinētium, vino, & gulæ deditorum, qui ut offendāt se à morsibus virulentis non offendi, malis artibus utuntur, ut rudi plebeculæ imponāt, si quidē nonnulli ex eis, quæadmodum libræ Theriaca ad Pisonem, cap. 12. scripsit Gal. captas vyperas, non vsitatis ipsi alimētis, sed carnibus, atq; offis pascunt, quæ edulia dū assiduè mordere cogūtur, venenū quod ore continent ita eijciunt, ut hoc pacto morsus earum lāguidos admodum experiantur. Alij serpentes, ut auctor est Celsus, aliquibus medicamentis stu-

*Fraudes qui  
bus prauit  
Pssilli utuntur.*

pe



pefacientes in os digitos induunt, ne percipiuntur quidem: quia stupefactus coluber vulnus non infligit. Alij viperarum capita saliuam perfundunt, cuius contactu non parum languescunt, ac veneni malitiam deponunt (ut infra videbimus) deinceps offas prædictas, aut duræ carnis frustum illis, dentibus dilaniandum offerunt, ut virus, quod prope dentes vesiculis quibusdam continent, in offam, aut mansam carnem effundant. Nec desunt, ut Matthiolus ait, qui vesiculas illas forcipibus abscindant, ne amplius veneno repleantur. Quibus fraudibus vniuersam gentem decipiunt, dum in foro, aut in truijs scabellum ascendunt, ut ostendant populo, quo nam pacto citra noxam à serpentibus demorderi se permittant. Sed antea quàm id faciãnt ne lædantur, nonnulla præsumunt medicamenta, quæ ad rem hanc præ-

pra, atq; parata habent. Verum & si aliquando voti compotes euadant, populo ostendentes se nullo veneni incommodo à serpētibus morderi, interdum tamē, ut facetè scribit Matthiolus, suis antidotis frustrati, à veneno (etiã suis artibus iam imbecilli reddito) victi, relictis vexillis, è suis pestilentiæ cathedris moribundi in terram dilabuntur, è quibus nonnulli medicorum ope destituti in totum occubunt. Alij ex his sunt, qui curando verba quædam obmurmurant, aut scribunt, vel certos signant characteres, idiotis imponere volentes, ut credant sermone illo, aut scripto se mali curationem perficere. Cui opinioni facile quispiam posset acquiescere, cum multorum sit comprobata testimonijs. Nã grauisissimus ille Cæro in re rustica cap. 160. in curandis bestiarum morbis, barbaris cationibus fuit usus, voce, abracadabra, sæpius

*Quid autem curando faciunt.*

repe-

*De hydrophobia natura*

repetita, ac singulis repetitionibus posteriori syllaba mutilata, donec in angustum conum litera redigatur, hemitriteum depelli Quintus Sere nus prodidit. Ossa, ac alia cuncta, quæ inter transglutendum faucibus, vel gutturi, aut asperæ pulmonis arteriæ hærent, siue eisdem locis infixas spinas ijs precibus extrahi, quas nobis scriptas reliquit Aëtius lib. 8. cap. 50. idem auctor tenet. Vlyssæ femore vulneratum sanguinis profluvium carmine inhibuisse, Homer<sup>o</sup> est auctor lib. 19. Odyssæ, cui carmini tantum tribuit Vergilius, ut ecloga octava dicat.

*Carmina vel cælo possunt deducere lumen:*

*Carminib<sup>o</sup> Circe socios mutavit Ulyssis  
Frigidus in pratis cantando rumpitur  
anguis.*

Et Ovidius, lib. sine titulo.

Car-

*atq; medela Liber. 65*

*Carminibus læsa Ceres sterilem vanescit in  
herbam.*

*Deficiunt læsi carmine fontis aquæ.  
Ilicibus glandes, cætataq; vitibus vva  
Decidit, & nullo poma mouete fluunt.*

Et iterum Vergilius in eadē ecloga inquit.

*Atq; satas aliò vidi traducere messes.*

Vnde Plinius, libr. 28. c. 2. duodecim tabularum lege cautum fuisse scribit in eos, qui fruges excantassent: & Imperator Iustinian<sup>o</sup> de publicis iudicijs in Institutionibus eadem lege (ait) & venefici capite dānantur, qui artibus odiosis tam venenis, quā sufurris magicis homines occiderunt. Quapropter Gal lib. 6. de simplicium medica. facult. in præfatione consulit fugiendum esse Pamphilum, & alios qui scribebant incantationes, & verba superstitionis quæ di-

I Eturi

aurierant, dum herbas colligerent. Ego verò sermones, scripta, sigilla, characteres naturali potentia ad sanandum destitui censeo. Nā verba, aut scripta ex se, si nulla superior accesserit causa, quippiā efficere posse, aut vim aliquā naturalem obtinere, Philosophia non admittit. Cū omnis nimirum effectio, teste Aristoteli, ex contrariis sit in contraria: hæc verò cū in eodē genere ponantur nō possunt diuersi generis contraria agere. Quare quēadmodū calor in saporē, sapor in odorē, vel sonū, sonus in figurā nō operatur, ita neq; verba, neq; figure, neq; characteres in morbos quippiā efficient, quia nil agit ultra speciem suam: & sermo in genere quantitatis & passionis collocat, morbus in genere qualitatis, aut fortassis ad aliquid, præter quod quantitas de genere actiuorum nō est. Sermonem in quantitatis genere locari, ex eo dicim⁹, quia

suc-

successione fit, & tēpore cōsumitur, passionē etiā aëris esse, & rem artificialē, ex eius liquet definitione. Est enim sermo vox articulata, vox verò pulsatio quædā ab aëre facta, per aures cerebrūq; & sanguinē, vsq; ad ipsam animā perreptās. Quod diuinus in Timæo prodidit Plato. Aristoteli vero. 2. de anima. percussione seu iētum respirati ab anima aëris ad vocatā asperā arteriam, vocē esse tradidit. Quod Galienus ipse, lib. de voce. 7. de vsu partium, & 2. de placitis Hipocritæ & Platonis plenē cōfirmare est visus. Adde artificialia docete Aristoteli. cap. primo, lib. 2. Physicorum quatenus talia sunt, alicuius naturalis effectus per se causam non esse, nec plus virtutis naturalis obtinere, quā materia nō effigiata, ex qua ipsa fuere fabricata. Porro quæ naturali modo operantur, à temperamento, aut ab alijs manifestis qualitibus, aut à tota substan-

tia vires obtinent, verba verò, scripta, characteres cum à nullo istorum facultatem sortiantur, quid virium, ad profligandos morbos obtinebunt. Ad hæc, teste Auic. res medicationis vna trium rerum perficitur, nempe vict<sup>o</sup> ratione, medicamentis, & chirurgia, seu manuali operatione: in nulla istorum classe verba, characteres aut scripta collocari posse, nemo est, qui ambigat. Quapropter si aliquando istæc, aut eorū aliqua morbis medentur, non ex se, sed trans naturam auxilium præstāt, sed qua potestate, & quibus trans naturam modis id fiat, Theologis disputandum relinquimus. Nos enim eorū decretis assentiemur, nā Philosophi cū simus, naturalia tantum disputamus.

Neq; defunt alij qui saluatorē vehemēti, attentaq; imaginatione, languores ab ita affectis animalibus pel-  
lere, ipsaq; prorsus posse sanare credāt.

dāt. Verūtamen, quia de imaginationis potentia non nihil dictum supra est, expediet nunc quoq; copiosius de illa differere, vt intelligatur quid naturali, non magico modo efficere imaginatio queat.

Auic. lib. 6. naturalium part. 4. c. 4. tantum humanæ tribuit imaginationi, vt existimet solam ipsam, si attenda, & vehemens existat, sine alterius adminiculo, externa immutare corpora posse, & pro suo nutu elementa, & alia cuncta mundana confundere, atq; miscere, & pluias, niues, grandinēq; deuehere, atque animalia, & stirpes ex apta aliqua materia, subiectōue generare: hincq; externis animalium corporibus haud mediocri cōmodum, incommodumue afferre, morbum illis, vel sanitatem inferendo. Ex quo etiam prouenire fascinationes credit. Cui Heliodorus, lib. 3. historię Æthiopicæ pa-

rum ante medium coniuere videtur, dum ait: Plerisque inuidiam morbi causam fuisse, qui proprium nomen fascinationis accepit. Quod falsum est, ni dicamus, inuidiam maximè in homine atrabiliario, & cacochimico, vitiosisq; humoribus scatente, consistere, qui cum res praeclaras est intuitus, simul & circumstante aërem infesta qualitate implet, & spiritum à se amarulètia plenum in id, quod propinquum est, trāsmittit: ille autem, utpote tenuis, ac venenatus vsque ad ossa ipsa, & medullas puerorum praesertim & tēnellorum infantium penetrās, fascinio lædere est aptus atq; ita non primario, neq; sui ratione, sed secundario, & ut dici solet, ex accidenti, corruptis videlicet humoribus medijs, poterit interdum inuidia morbi occasio esse.

Verūtamen Auicena opinio q̄ sit praestigiosa, & à veritate, rerūq; euidencia

*Auicena  
error.*

dentia deuia, in praesenti probare superuacaneum arbitror: alioqui à D. Thoma acerrimo deliramentorum hoste, lib. 3. cōtra gent. c. 103. iamdudum rationibus efficacibus confutata, & supra à nobis in huius operis initio explosa.

Alij contrā habentur, qui omnia imaginationi detrahunt, quippiam ipsam in proprij corporis immutatione efficere posse negantes, decepti sumptionibus quibusdam, quae licet verisimiles quidem sint, nil tamen veri, aut inuenire, aut demonstrare possunt. Spectrū in anima existens cum sit quid immateriale, & in corporeum, neq; humores exagitare, neq; propriū alterare corpus posse contendunt, quia quae agūt, & patiuntur teste Arist. lib. 1. de ortu, in materia debent conuenire. Porro q̄ facultatis languide est, ut simulacrū, non videtur in id, quod validū, qua-

le corporeum, & materia constās habetur, posse operari. Verum istirerū causas ignorantes, euentus ipsos tollere volūt, ac si aliquis quo modo videamus nesciens, videre nos cōcedere nolit, imaginationem proprium immutare corpus, humores commouere, spiritus exagitare, ac varias intra corp<sup>o</sup> affectiones efficere, tot potest exemplis cōprobari vt facillē numerari non possint. Auic. prima, primi. Doctr. 4. postquā abūde de humoribus disputauit ad secundi capitis calcem sic ait: Quin & cogitationibus mouentur humores. Vnde res intueri rubicundas, sanguinem mouet, quo fit vt eos à rubicūdi cōtuitu arceam<sup>o</sup>, quib<sup>o</sup> sanguis è narib<sup>o</sup> fluit, si tamē sanguinē extrā duci volum<sup>o</sup>, vt in morbillorū, & variolarū, atq; ex anthematū principio, contrā planē facimus prædicti coloris aspectū cōsulendo. Quòd animaduertens idē

Aui.

Aui. decima quinta, tertij tract. 1. c. 6. in medio, arquatū morbū patientes iuuari vehemēter scribit, si res luteo colore infectas intueantur: similia intuitu naturā concitantes ad excernendam biliosam colluuiem ab intimis ad extimas partes, cutēq;. Neq; ob aliam causam Arist. 7. Proble. sect. alijs oscitātibus, nos oscitare, & mingētib<sup>o</sup>, mingere asseuerat, nisi quoniam recordātibus nobis oscitādi, & mingēdi facultas mouetur, & sua munia protinus cōplet. Quò circa. 3. vol. de anima. & libr. de causa motus animalis probè ab eo dictū est, Alterāt autē sensus, & phantasia. Quòd Problemate. 8. prædictæ sect. cōfirmat, dum quærit, quid sit q; nonnulla ex his, quæ auditu tristitia nobis occurrūt, vt in horrescamus, efficiāt, vt serena, cū exacuitur, & pumex cū secatur, & lapis cū mola frāgitur. Quæ autem notæ affectionū patent aspe-

I 5 Etui

*Imaginatio  
nis in im-  
mutandis  
corporibus  
uis & pote-  
stas.*

Etui hæc genera ipsa affectionum in nobis creant. Dêtes enim stupefcût, cùm aliquos rem acidã edentes aspiciamus, & pleriq; cû homines laqueo suspendi, vel aliter strangulari viderent ipsi animo defecerunt. Experimento itidem comprobatũ est. Quod etiam. 6. naturalium citata parte annotat Auic. per trabem flumini vasto superpositam, aut per altissimi montis cacumen nos progredi non posse. Quoniam concepta semel casus formidine, vires deiiciuntur, quibus deficientibus cadimus.

Quod mihi proximis dieb<sup>9</sup> cõtigit, cû Valuerdũ Veræ Placentiæ oppidũ per Portum nouum, per quem Carolus. V. Imperator nimia religione & pietate affectus Iustum monachorum cœnobium profectus est, peterem. Equidem tunc iter faciebam per arctissimas vias, per meandros, per rupes aërias, & altissima montium

tum cacumina. Propè erant à dextra quædam præcipitia, quæ mihi citra trepidationem intueri non licebat: adeo vt lapsus pauore cõcepto, coactus fuerim pedes maximum emetiri spatium. Illi verò, qui me in itinere comitabantur, cùm consueti essent per similia deambulare loca, omni prorsus excusso timore, equites ibant. Quinimo duo pastores in excelsa rupe sedentes placidi capellas infra in profundissimis vallibus pascentes speculabantur.

Quæ videns quispiam, quo pacto potentiam imaginationis, in alterandis corporibus negare possit, non video. Sed nihil est quod illius vim, & facultatem æquè manifestet, ac id q. Aristo. 9. lib. de historia animal. c. 49. de gallinis scriptum reliquit, nempe cùm mares vicerint cucurire, & exemplo marium tentare superuentu corire, eisq; cristam, & caudam erigi, atq; parua

partua calcaria enasci, ita vt nō facile  
præterea sit an fœminæ sint cogno-  
scere, & deinceps subdit: Iam verò  
& mares visi nonnulli sunt, qui cum  
fortè fœmina interisset, ipsi officio  
matris fungerentur in pullos, ductâ  
do, fouendo, educando, ita ne de cæ-  
tero, vel cucurire, vel coire appete-  
rent. Hęc Arist. Vt iam nos ritè poris  
philosophi, qui Peripateticos quip-  
piam imaginationi ad corporum im-  
mutationem largitos fuisse negant,  
Arist. videant nō semel, atq; iterum,  
sed identidem, imaginationem rea-  
le quippiam producere, & vt dici so-  
let, casum facere affirmantē. Quod  
si lib. 3. de Anima. c. 3. dixit, phantaf-  
mata non magis quam picta nos de-  
terrere, aut immutare posse, dicen-  
dum, verè dictum esse de eis simula-  
cris, quæ ratione libera arbitrato no-  
stro confundimus, & permiscemus:  
vt cùm vigilantibus nobis horrēdos  
terre.

terremotus, clades, pestes, mortefq;  
proponimus, aut tricipites, & alatos  
homines, hippocætauros, laruas, Scyl-  
lam, Carybdin, Chimæra, & alia hu-  
iusmodi vana imaginamur, nulla sa-  
ne euenit animi cōsternatio, vel af-  
fectio, neq; aliqua alia corporis no-  
xa, vel immutatio sequit. Quia om-  
nia hæc vana esse cognoscētes, haud  
magnopere afficimur. Sec<sup>o</sup> tamē de  
illis phantasmatis est sentiendū, quæ  
adeo sunt vehementia, vt obruant  
rationem: sic vt ipsa ab eorum turbu-  
lenta incursione suppeditata, atq; vi-  
cta, illorum falsitatem detegere, à ve-  
risq; seiungere nequeat, sed eorum  
potius errore trahatur: quemadmo-  
dum in dormientibus accidit, & in  
vigilantibus nonnullis, in quibus fi-  
ctrix quidem vis fortis, cogitandi ve-  
rò, ac ratiocinandi ob imperitiam lã-  
guida existit. Quòd grauissimorum  
auctorum testimonio probari non  
obscu



obscurè poterit. Sed quid in re tam aperta, ac sensibus cōspicua testibus egemus, cūm quotidie videamus Venenis, aut lascivæ puellæ imaginatiōnem, titillationem, distensionemq; in pudendis fuscitare? Quapropter prudentissimè Gal. lib. 6. de locis affectis, cap. ultimo, illi qui ob libidinis cogitationē, rigidus, tumidusq; factus fuit penis, consuluit vt à narrationibus, & spectaculis, & meditationibus libidinem concitare potentibus sumam opere caueret. Quod etiam monet Lucretius, lib. 4. iuxta calcē cum ait: Sed fugitare decet simulacra, & pabula amoris, absterre re sibi atq; aliō conuertere mentem. Sed quid imaginatio in fætu confor mando valeat, ex Gal. Plinio, & Auiam disputatū est, vbi diximus, inter similitudinum causas recenseri animi conceptiones firmas, atq; cōstantes, quæ sceminæ, aut maris mēti in  
sunt

sunt conceptus tempore. Quod idē tidem Auic. confirmat vigesimā prima, tertij tract. i. cap. 2. in medio inuētis: & dixerunt quidam sapientū, & non sunt elongati à iudicio possibilitatis, quōd de causis assimilatiōnis est illud, quod exēplificatur cum est dispositio conceptionis in mente mulieris, aut viri ex forma humana exemplificatione firma. Et deinceps cap. 14. consulit marem gignere appetenti, vt concubitu de maribus mediteretur, masculosq; audaces, robustos, formosos, ac structura optima præditos assidue animo peruoluat suo. Par, ac similis est eorū ratio quæ in malacia accidūt. Nam si grauida eius cuius flagrat desyderio minimè potiatur, infantem, illius signum gerere tradunt: ad eundem modū mulieri, quæ nuper vtero conceperit, si cerasum, vel fragum, vel vinum in sinum effundatur suum, & ipsa gra uiter

uiter id animo ferens, vehemēter ap-  
prehendat, ibidem infanti nota im-  
primeretur. Si pavo, dū ouis suis incu-  
bat, linteis albis, circūtegatur, albos  
omnino pullos edet, quē admodum  
etiam gallina colore varios emitter,  
si varie picta oua foueat. Quibus ar-  
gumētis victus Fernelius, lib. 7. Phy-  
siologiae. c. 12. vniuersam formā, &  
effigiei similitudinē vehementi cō-  
prehēfioni, & firmę grauidarum ap-  
prehensionī refert acceptā, hac in re  
à Gal. discedēs, q̄ li. 2. de semine præ-  
dictę similitudinis robur facultatis,  
q̄ in semine opifex est, dicit esse cau-  
sam. Nū verò sola imaginatio simili-  
tudinis huius sit auctor, an etiā simul  
cū ea facultatis formatricis robur, nō  
est præsentis, ppositi disquirere. Nūc  
verò intelligere sat erit, imaginatio-  
nē plurimū prolē immutare, & pro-  
priū imaginātis corp⁹ peruertere, &  
alterare. Sed quę huius sit causa iā di-  
camus.

cam⁹. Animal sanè, vt in fine libri de  
cōmuni animalīū motu scribit Arist.  
ita cōstitutū esse iudicare debem⁹ vt  
ciuitatē legibus benè instructā, & tē-  
peratā, in qua inferiores potētīæ su-  
periorū imperio parēt. Sic sanè in ho-  
mine cogitationi, & imaginationi,  
vt pote p̄cipib⁹ facultatib⁹, cæteræ  
corporis functiones obediūt. Quod  
adeo peruiū est, & manifestū vt ip-  
sis sensibus percipi nō obscure possit. Sę-  
pè nāq; ea quæ mēte voluimus, solēt  
& mēbra corporis, & linguā mouere,  
nō nunq̄ enim attētē quippiā animo  
versantes loquimur, & gestibus cor-  
poris significamus, quę vel intelligi,  
vel audiri ab astātib⁹ nolum⁹. Sic in  
somnia excādescimus, surgim⁹, loqui-  
mur, deambulamus, ob ea quæ inter  
dormiēdū imaginamur. Meditatio-  
nes etiā posse pulsandi facultatē im-  
mutare, atq; subuerrere, dēclarāt amā-  
tes, quorū pulsus sæpè ex rei desyde-

ratæ aspectu motu tremulo fluctuât,  
 ac interdû solo nomine amicæ audi-  
 to harmonia illorû variatur, quomo-  
 do Erasistratus medicus deprehêdit  
 Antiochi regis Syriæ filiû, Stratonica  
 nouercæ amore flagrare, vt lib. 1.  
 Prog. com. 4. & li. de p̄cognitione ad  
 Posthumû. c. 6. memoriæ Gal. prodi-  
 dit, ipse quoq; Gal. eodẽ pulsus signo  
 Iustâ Boëtij viri Romæ cõsularis vxo-  
 rē Pyladis in theatro saltâtis amore  
 cõtabescere cognouit. Mouët em̄ hu-  
 iusmodi volutata in mēte simulacra  
 spiritus cogitâtis, quibus cõmotis &  
 agitatis nõ mediocris vitalis faculta-  
 tis fit alteratio, ex qua in pulsu eue-  
 nit inæqualitas. Iam quod potēcias  
 naturales phantasia cõmoueat, Aui-  
 est auct̄or, decimatertia, tertij tract.  
 3. c. 5. cū airæstuat̄io enim & desyde-  
 rium ad luxuriam, & motus appeti-  
 tus variant motus virtutum nutriti-  
 uarum. Imaginationes itaq;, ac cogi-  
 tatio-

rations, facultates naturales mo-  
 uent, hæc verò spiritus, & sanguinẽ,  
 quibus agitatis, & cõmotis innume-  
 ræ in corpore oriũtur pturbationes:  
 Ad eũdẽ etiã modũ imaginatio vim  
 eam, quæ fœtũ cõformat, ducit, atq;  
 gubernat. Vnde similitudo oritur, &  
 proles id refert exẽplum q; parentes  
 tẽpore conceptus fuere imaginati.  
 Quantum tamẽ ægri fides circa me-  
 dicum ad morbi curationem profit  
 Hipp. statim in prognosticorum ini-  
 tio significauit, & omnes qui medici  
 nam factitant intelligunt. Cõfiden-  
 tia nanq;, & spes de salute non parũ  
 mouent corpus, & animum ad sani-  
 tatem ipsam consequendam. Hinc  
 illud Mesues: Ille plures sanat, in quo  
 plures confidunt. Multa de his ad-  
 derem, sed vereor ne doctis hac in-  
 re prolixitate displiceam, nam reli-  
 quos nil moror, fecit enim locus iste  
 animaduersione dignissimus & ad

*De hydrophobia natura*

hæc cōtrouersus vt totum ad Aristo-  
phanis lucernā (vt dici solet) enuclea-  
rem, & vt clarius intelligatur cogita-  
tiones, imaginationesq; propria me-  
ditantiū corpora alterare posse, alie-  
na verò non posse.

Nec etiam existimare, aut crede-  
re debemus, saluatorē ex colle, aut  
aliquo excelsō loco inuentē, gregi-  
bus, atq; armētis omnibus à se visis,  
quātuncūq; procul distātibus, posse  
naturaliter sanitatē cōferre. In quo  
errore vulgus hominū persistit, cre-  
dēs ex saluatoris corpore virtutem  
in longinqua diffundi, quæ pecorib<sup>9</sup>  
prædictis præsidio sit, quod falsum  
esse declarauit Lybic<sup>9</sup> vir, verus Psyl-  
lus (de quo infra habebitur sermo)  
qui non è longinquo, sed sui corporis  
contactu ægrotis auxilium præbe-  
bat. Hoc, omnes, qui prima philoso-  
phiæ rudimenta degustarunt, faciliè  
cognouerūt. Nam cū omne agēs  
natu-

*atq; medela Liber.*

75

naturale finitarum sit virium, in quā  
tumuis longinqua nō ager, aut tam  
languidè vt actio sensum lateat: quā  
do quidem ignis, qui omnium natu-  
ralium agētium, validissimarum est  
virium, & actuosus maximè, in pro-  
pinqua potenter agit, longè verò po-  
sita ne alterat quidem. Quapropter  
ad actionem naturalem obeundam  
requiritur agentis, & passi debita ap-  
proximatio, quæ huic ad patiēdum,  
illi ad agendum maximè sit idonea.

Haftenus quidē rationes aliquot,  
quibus nonnulli curādo vtuntur, re-  
cēsuimus, vt clarius intelligatur præ-  
dictis modis medentes, Psyllos,  
aut salutatores (de quibus præsens in-  
stituitur sermo) haud quaquam esse.

Ceterū nō ob id negādū est alios re-  
periri ab his lōgè diuersos, q̄ ingeni-  
ta facultate, & natiua quadā antipa-  
thia ferarū moribus obsistāt, earūq;  
venena infringāt, atq; corrūpant. In

Helleſpóto circa Pariũ, genº hominũ  
fuiſſe Ophiogenes vocatos ſerpentũ  
ictus cõtactu leuare ſolitos, & manu  
impoſita venena extrahere corpori,  
li. 7. c. 2. ex Cratiſ Pergameni auctori  
tate Plinius tradidit, ac prætereã nũc  
eſſe paucos ibi, quorum ſaliuæ cõtra  
ictº ſerpẽtũ medeãtur, idẽ auctori ſcri  
bit. Sed quid de Pſyllis in Aphrica de  
gẽtibus dicat, videamus. Similis, in  
quit, & in Aphrica gẽs Pſyllorũ fuit,  
vt Agatarchides ſcribit, à Pſylo rege  
dicta, cuiº ſepulchrũ in parte Syrtiũ  
maiorũ eſt. Horũ corpori ingeniũ  
fuit virus ſerpẽtibus, vt cuiº odore ſo  
pirẽt eas. Mos verò illis erat liberos  
genitos protinº obijciẽdi ſæuiſſimis  
earũ eoq; genere pudicitia coniugũ  
experiri, nõ profugiẽtibus adulteri  
no ſanguine natos ſerpẽtibus. Quæ  
omnia ad verbũ ſcribũt Ælianus, li.  
16. de Animalium historia. c. 27. &  
Solinus. c. 40. Similem vim naturalẽ  
in

in Italia Marſorum genti ineſſe Pli  
nius loco nuper citato, idẽq; Soli  
nus. c. 8. aſſeuerant. Ælianus quoq;  
c. 28. eiufdẽ libri ex Calliæ monumẽ  
tis recenſet morſui Ceraſtes ſerpen  
tis peſtiferi, à quo non beſtiæ tãtũ,  
ſed & homines intereunt, nil æquẽ  
ſuccurrere poſſe ac Lybicũ virũ na  
rione Pſyllũ. Hic nanq;, vt ille ait, ini  
tio plagam ſaliua fouebat, atq; cura  
bat: deinde malo increſcẽte multã  
intra dentes aquã hauriens, eaq; os  
ſuum colluens, eiectã in poculũ vul  
nerato exſorbendã tradebat. Quod  
ſi fortẽ veneni acerbitas inualeſce  
ret acrius, nudus ipſe nudo ægrotãti  
accubans, proprio ſuo corpore mor  
bi vim ita debilitabat, atq; frãgebat,  
vt in totũ hominẽ liberaret. Et ſupe  
rius. c. 27. retulerat Pſyllorũ aliud ex  
titifſe genus, quod venenata omnia  
accedẽtia proprio odore, aut ſolo cor  
poris attactu ita ſopiret, vt ipſo præ  
ſente

sente nunquā in pristinū reuerteretur, quoad Pfyllus recederet. Quod identidem Plinius confirmat, lib. 28. c. 3. ad scribam autē eius verba, quę in hunc modum se habent: Quorūdam hominū tota corpora profunt, vt ex ijs familijs, quę sunt terrori serpentibus, tactu ipso leuāt percussos, fluctuue modico, è quorum genere sunt Pfylli, Marfiq; & qui Ophiogenes vocantur. Ex qua familia legatus Hexagon nomine à consulibus Romę in dolium serpētium experimēti causa cōiectus miraculū prębuit, circummulcentibus linguis serpentibus. Signum eius familię est (si modo adhuc durat) vernis temporibus odoris virus. Atq; eorū sudor quoq; medebatur. Hęc Plinius. Qui cōsequēter dicit, in insula Nili Tentyros tanto esse crocodilis terrori, vt vocē quoq; eorū fugiant. Horūq; omniū generū interuētum in sua repugnātia

tia morsis à venenatis feris mederi. Nouit Matthiolus cōplures, qui simpliciter, nullo artificio, nullisq; verbis aspides, ac viperas prorsus citra in cōmodum capiebant, quāuis serpentes ipsos pedibus calcarent, & manibus cōprimerēt, aut diutius in nudo eorum pectore gestarent. Noui etiā ego Salmaticę hominē, qui ex lecto vbi iacebat, cimices omnes, & pulices in generata quadam vi, aut fortē viroso à corpore expirāte odore, miro quodā modo ita pellebat, atq; fugabat, vt breuissimō à decubitu spatium transacto, non tantū lectū, sed cubiculū in quo decūbebat, desererēt.

Porrò non parū ad nostrę opinionis confirmationē facere viderur, hominis saliuā viperę, scorpionis, & omnib<sup>9</sup> propemodū venenatis aduersari. Quod Nicander in Theriacis his attestatur verbis: Sæpè etiā humanarum saliuarū odorem virulentas subtimuisse

*Hominis saliuā cū venenatis bestijs antipathia.*

timuisse bestias. Cui Plinius consentit loco superius citato, dicens: Omnibus hominibus contra serpentes inest venenum, feruntq; ictu salivæ ut feruentis aquæ contactū fugere, q; si in fauces penetraverit, etiā mori, idq; maximè humani ieiuni oris. Vnde Gal. lib. de in æquali intēperie, c. 6. Aliqua, inquit, animalium nō solū non cōuenientes inter se succos habent, sed etiam qui se mutuò corrūpant, veluti homo, atq; vipera, quorū vtriusq; salivā alteri est pernicies, & paulo inferius ait: Ita vtriq; & scorpiū necaveris, si ieiunus illi inspueris. Quod lib. 10. de simpl. medica. facult. tit. de salivā cōfirmat, & faceta historia manifestat, dum ait: Porrò rota substantia vel maximè aduersa est salivā bestijs hominē interficientibus, & deinceps subdit: Pollicitus autem mihi quidam incantationem se se ostēsurum, quæ scorpions inter-

fice-

ficeret, vbi illā semel dixisset in scorpiū expuit. Inde rursus eam obmurmurans iterum scorpiū conspuit, ac vbi tertio dixisset, atq; expuisset, mortuus est scorpius. At postea ego absq; incantatione à sola salivā morientem scorpiū vidi, idq; celeriter salivā esurientium, aut sicientium, tarde autem ab illis, qui cibo, potuq; fuerāt impleti. Hæc Gal. Quæ si vnā cum alijs, quæ attulimus vera sunt, quid iam miramur talem esse posse aliquibus hominib<sup>9</sup> humorum symmetriā, aut corporis partium cōpagē, ut præ omnibus alijs hac polleat facultate, eximiāq; eam magis q̄ cæteri habeant, sic ut non tantū salivā, sed interdum contactu, aut aëre expirato, opem ita affectis præstent? Plinius libr. 7. naturalis historiae. c. 2. quorundā corporis partes ad aliqua mirabiles nasci, non diffitetur. Vnde Pyrrhū regē narrat pollicis dex-

tri

tri pedis tactu lienosis mederi fuisse solitū. Quod itidē in eius vita refert Plutarchus. Reges Gallię strumofos, feu, vt vocant, scrophularios solo manuum attactu integrę sanitati restituere, cōstans, ac vera fama est. Quāquam ego hoc cœlitus illis dono esse largitum existimo.

Afferunt, qui contrariam sententiam sequūtur, vulgares salutatores clybanū ardentem sine noxa ingredi, aliosq; ferreum vectem ignitū manibus citra læsionem gestare. Quod naturali quadā vi fieri nō posse iudicant, sed potiùs dæmonū cōmercio. Ego quidē hæc miracula hæctenus nō vidi, & licet inficias nō eam, accitis dæmonibus hæc interdum euenire, ipso vtique igne ab illis cōburere impedito, nō quod dæmones magorū ministri ignis actionē suspēdant, quoniā D. Tho. de potētia quæstione. 6. & Victoria in relectione de magia

gia attestantibus, neq; ipsi, neq; magiceorū virtute obstare queunt, quominus naturale agens in sibi dispositum subiectū agat: sed tantum oppugnantem, & aduersam qualitatem illi opponendo, vel flammam ne ad combustibile perueniat impediendo. Ea tamen naturali quodā euentu accidere posse Plinius videtur insinuare, dū loco citato in eum scribit modū: Haud procūl vrbe Roma in Phalisco rū agro familiæ sunt paucæ, quæ vocantur Hyrpiæ, quæ annuo sacrificio quod fit ad montē Soractem Apollini, super ambustā lignorum struem ambulantes non aduruntur, & ob id perpetuò senatus consulto militiæ, omniumq; aliorum munerum vacationē habet. Pollicē etiam Pyrrhi regis, cuius contactu lienofos curari retulimus, in rogo cū reliquo corpore cremari non potuisse, idē Plinius fatetur. Qua occasione conditus loculo in



lo in tēplo fuit asseruatus. Quod nō admodum mirum videbitur legenti apud Arist. lib. 5. de historia animalium. c. 19. in Cypro insula in ærarijs fornacibus vbi chalcitis lapis ingestus compluribus diebus crematur, bestiolas quasdam pennaras muscis grandioribus, paulo maiores nasci, quæ per ignē saliunt, atq; ambulant, quæq; ab igne dimotæ emoriuntur. Sed q; & lapidi Amianto accidit, nemo arbitror est qui ignoret: utpote quo flexili existēte, telæ, ac vela tāti spectaculi textūtur, ut ignib<sup>9</sup> iniecta ardeāt ipsa quidē, sed flāmīs inuicta splēdidiora exeant. Cui rei fidē facit Dioscorides lib. 5. cap. 93. & Plinius lib. 36. cap. 19. Verumque esse declararunt mantilia eo ceulino nero ta, atque texta Carolo Quinto Cæsari Maximo à Magno Tartaro trāsmissa. Quæ vbi fordebant, igne purgabantur, nullo prorsus incommodo.

*Mantilia Carolo Quinto Imperatori à Magno Tartaro mādātā.*

do. Ellychnium quoque ex hoc lapide factum oleo affuso flammam nutrit, sed ipsum, immortale manet ignibus inuictum, vel totius naturæ proprietate, vel quod substantificum eius humidum ab igne non est habile depasci, ut annotauit Siluius.

Nemo tamen ex dictis colligat, ea quæ modo retulimus, quoniam ab igne permanent incorrupta, in corruptibilia prorsus fore. Euenit namq; corpus aliquod passioni subiectū cum hoc agente etsi valētissimo repugnantiam obtinere, ab eoque pati posse nihil, ab alio verò multò languidiori, atque segniori deterri, atque corrumpi. Et ne longius exempla peramus, dentes, scribit Plinius libr. 7. capitul. 16. mundi

*Dētes cum reliquo corpore nō cremantur.*

historiæ, tantūm ex omnibus corporis ossibus cum reliquo corpore non cremari, sed ignibus inuictos permanere, eisdem tamen, qui flammis sunt

sunt indomiti cauari tabe pituitæ, idem auctor asseuerat, & experimentum cõfirmat. Ferrũ vix ignis ardorem patitur, idem verò ab Struthio cameli calore cõteritur, atq; concoquitur. Adamas ignis potentiam respuit, cõtemnitq; veruntamẽ à sanguine hircino liquatur, atq; mollescit. Aues minutæ aridissimas fruges itemq; durissima semina, atq; interdũ arenas, lapillosq; quos faucibus insinuarint suis, conficiunt, ac dissoluunt, quod nõ leo calidissimus, sed ne ipse quidẽ ignis interdum effecerit. Quia, quẽadmodũ Arist. inquit, ita etiã & nos sentimus nõ solum actus actiuorũ, in eo quod patitur, atq; disponitur existunt, verũ etiã passionum affectiones in eo quod agẽdi habet potentiam constituuntur. Expossunt enim huiusmodi alterationes (quicquid Iubert<sup>o</sup>. 1. Paradoxorum cõtrarium contẽdat) non tam vehemen-

mentiam, & acrimoniam agentis quàm eiusdem modum quendam, ac certam proprietatem (qua Galeno auctore, lib. 2. de alimentorum facult. c. 6. & 3. de temperamentis. c. 4. & 3. de simplicium medicamentorum facultatibus. c. 6. & 18. & in opere de Theriaca ad Pisonem. c. 4. sturnus cicutam, ac cothurnix veratrũ concoquunt, & mitigant, res nobis prorsus inimicas inuictas, ac indomitas, & quæ omnes conatus, omnesque nostri corporis facultates aspernantur.

Sed ad rem rursus. Nihil igitur mirandum est aliquos homines ingentiam sanandi facultatem esse adeptos: neque est cur nos eorum saluæ, aut corporis contactus admiranda virtus attonitos teneat, cum multo maiora, magisque stupenda quotidie euenire cernamus. Punctis ab scorpione scorpionum ipsum, qui ictum infligit tri-

git tritū, & percussio loco impositū  
sux plagæ ob cœcam quandam na-  
turæ proprietatem remedium esse,  
libr. 6. c. 44. Dioscorides asseuerat.  
Neq; defuerunt qui literarum mo-  
numentis tradiderunt, vt. c. 46. eius-  
dem libri ipse refert Dioscorides, tri-  
tum murem araneum contra suos  
ictus commodè bibi. Idem præstare  
viperas posse affirmat Gale. libr. de  
Theriaca ad Pisonem. c. 10. & earum  
compositio Theriaca nominata ma-  
nifestat. Dentem illum, qui caninus  
dicitur à cane qui momordit, exem-  
ptū, aquæ pauores arcere, lib. 2. c. 39.  
Dioscorides credit, si folliculo in-  
datur, pro amuletoq; brachio anne-  
ctatur. Iecur canis, qui rabie exagi-  
tatur tostum, & in cibo à demorsis  
sumptum, ne aquæ pauore tenten-  
tur, tueri, eodē habetur loco. Quod  
lubens Gal. sequitur, lib. 11. de simpli-  
cium medicamento. facult. proprio  
capi.

capite, dummodo cum alijs valen-  
tioribus medicamētis sumatur. Pro-  
inde, ait, alijs efficacioribus antido-  
tis admixtum iecur hoc quampluri-  
mos sanasse, eos tamen interisse, qui  
solum nullis alijs adiectis medicamē-  
tis illud esitarunt. Multa etiā sunt,  
vt lib. de Theriaca ad Pisonem. c. 9.  
scribitur, quæ solum inspecta vim  
suam ostendunt, vt stellio, quem si  
scorpiones intueantur, immobiles,  
& demum mortui redduntur. Quod  
etiam in aliquibus hominibus inue-  
nitur visu, & aspectu nocere poten-  
tibus, si fidem Plinio habemus vo-  
lente natura, vt idem Plinius ait, in  
oculis, & eorum corpore toto vene-  
na gignere, vt nequid vsquā mali,  
ac boni esset, quod in homine non  
esset. Quod Bucolicus ille apud Ver-  
gilium nouit, dum sic carmine ca-  
nebat.

*De hydrophobie natura*

*Nescio quis teneros oculus mihi fascino  
nat agnos.*

Quam fascinationem in Fœliciano filio meo cum esset. 15. mensium ætate, manifestè conſpexi: etenim tunc, cum speciosus ac facetus esset coloreque roseo, & suavi præditus, retro, quasi ruina quadam subito resolui fuit visus. Nam breui spatio uniuersus corporis habitus, dissolutus apparuit, vires prosternebantur: cibum stomachus fastidiebat, exhaustis languore viribus, corpus exanguine apparebat, & faciei color plumbeus: soluta ceruice caput deorsum vergebat: Lac assidue euomebat: quod acidum, & coagulatum, caesumque redolens erat, ac tale interdum per secessum deijciebatur. Quæ omnia cum exactè perpendissem, ac suspicatus essem puerum fascinatione vexari, cœpi affectioni mederi: quam

*atque medela Liber. 83*

quam autem adhibuerim curationē dicam. Imprimis, aloës lotæ ad ventriculū expurgandum, binos scrupulos cum hydromellice deuorādos præbui. Post soluta aluo smaragdorū theriacam paruæ lentis magnitudine nutricis lacte dissolutam bibendam porrexi, & diamosco dulci, per mixto unā diambre puluere cordis regionem illiniui, quam deinceps laxo coccineo serico cooperui, atque eundem diamoscum liquore stillatio floris mali medici, quæ officinæ, aquam naphe vocant, liquefactum, maiori quam theriaca quantitate illi propinaui, ventriculū oleo mastichino, & nardino in duplici vase abūde calfacto foui, & desuper aromatici rosati, & corallorū puluere insperſi. Quibus auxilijs singulis diebus, bis, terue iteratis, theriaca, & aloë demptis, quibus semel, in tota curatione fui vsus, veneni vim infre

*Fascinationis medela.*

*Fasciarius  
auctoris si-  
lius à fasci-  
natione uin-  
dicatus.*

gi, fascinationem sanauit, & filiū Deo Maximo annuente pristinae sanitati restitui. Hoc fasciandi maleficio, præcipuè scemine pollēt, duplices in oculis pupillas habētes, quæ admodū lib. 7. c. 2. ipse Plinius testatur, & ex alijs, quibus menstruus sanguis præter naturam supprimitur, non vetula, vt pleriq; hominū arbitrātur (Nā cum in eis menstrua purgatio ex ætate, & naturæ præscripto deficiat, neque ipsis, neq; alijs, incommodo esse poterit) sed quæcunq; aut non cōuenienter purgantur, aut mēstruo sanguine suffundūtur, disperso utiq; eo tempore per totum corpus veneno. Quapropter tunc tēporis si eidem Plinio creditur. c. 15. eiusdem libri, acescunt superuentu musta: sterilefcunt tactu fruges, moriuntur insita, exuruntur hortorū germina, & fructus arborum, quibus insedēre, decidunt: speculorum fulgor aspectu ip-

lo

so hebetatur, acies ferri perstringitur, & eboris nitor, aluei apum emoriuntur, æs etiam, ac ferrum rubigo protinus corripit, odorq; dirus aëre, qui vt Heliodorus. li. 3. hist. Æthiopiæ parum ante medium, memoriæ mandauit, vndiq; nobis circūfusus; per oculos, nares, & anhelitum, & alios meatus intus penetrās, & vnā secum exteriores qualitates, quibus imbutus est, ferens qualis influxerit, talem quoq; affectum ijs, qui illum exceperint, infemiat.

Prædictis accidētib<sup>o</sup> à muliere mēstruo cruore perfusa proueniētib<sup>o</sup>, ferre similia mala eueniunt ab illis, qui aliquando à serpentibus aut à canerabioso fuere ic̄ti. De quibus verba agens Plinius lib. 28. c. 3. inquit, vulnera eorū qui à venenatis feris sunt morfi, aggrauati constat introitu illorum, qui vnquam fuerint serpenti-

bus, canisue dente laesi: idem galli-

L 4

narū

narum incubitus, pecorum foetus ab ortu vitiant, tantum remanet virus excepto semel malo, ut venena passim venefici fiant, ut & hinc iam pateat via per quam quis nostrum pronunciatum possit confirmare. Nam si sunt homines, qui visu, atque interuentu tantopere nocent, ut praedicti sequatur euentus, erunt & alij qui simillimo modo possint iuuare, opemque haud contemnendam afferre, quoniam quemadmodum Philosophorum omnium concors est assentio, si in natura rerum inuenitur vnum contrarium, debet & reliquum reperiri.

Verum ut ad id, vnde digressa est, nostra reuertat oratio, quae aliquot miraculorum exempla proponere propositum prosequamur. Quis obsecro non cognito, neque antea viso Magnete eius virtutis, qua grauissimam ferri attrahit molem non admiratur, ac veluti stupidus haeret? pra-

fertim

fertim cum saepe non simplex tantum ferrum sed multiplex ad se conuallat, siquidem videmus interdum ferreos stylos quinque continenter sibi appensos haerere per primum, scilicet, qui partem lapidis tetigit (ut. c. 14. lib. 1. de facultatibus naturalibus scriptum reliquit Galen.) diffusa in reliquos stylos lapidis ipsius vi. Neque est quod aliquis dicat, quemadmodum idem, Galen ait, si infimae styli parti alterum appendas haerere hunc & pendere, si alij cuius parti eorum quae a lateribus sunt admoueas, non haerere, quippe cum vndique diffundatur lapidis vis, si tantum contingat ex aliqua parte primum stylum ex hoc in totum secundum subito transfuit, & ex illo secundo rursus in tertium totum, atque ex tertio in quartum. Vnde D. Aug. lib. 2 1. de ciuitate Dei. c. 4. tanquam pro miraculo refert, se uidisse anulum ferreum a Magnete pedentem,

L 5 qui

qui rursus secundum anulum tra-  
xit, & rursus ille secundus tertium, &  
ita ad certum vsq; numerum proce-  
debat, sic vt velut catena texeretur.  
Res etiam alias solo interuētū citra  
corporum contactum, per qualita-  
tis tantū vim, ea, quæ eis vicina sunt,  
alterare potēter posse, declarat mari-  
natorpedo, vtpote cui (teste Gale-  
no, lib. 1. de caus. symptom. cap. 5. &  
2. de locis affectis. c. 1. & libr. 6. eius-  
dem commentationis, cap. 5.) tam  
vehemens sit potentia, vt per pesca-  
toris tridentem transmissa ad ma-  
num alteratione, de repente totam  
reddat torpidam. Qua etiam torpen-  
di facultate, pisces, quos ipsa in escā  
appetit, quibusque maximè oblecta-  
tur, afficit, quod vt melius assequa-  
tur, quemadmodum, lib. 9. de histo-  
ria animal, capit. 37. literis manda-  
uit Aristot. se in arena, aut limo ab-  
dere solet, vt adnatantes, qui obtor-  
pue-

puerint pisces corripiat. Quibus  
coniecturis facileprehenditur  
paruæ molis res quasdam per aërem  
tantū medium sine corporum at-  
tactu maximas, easque vulgò stu-  
pendas inducere alterationes posse.  
Sed maiori admiratione digna sunt  
nonnulla eorum quæ cum adhæsu  
operantur, quale est illud, quod li-  
bro vigesimoprimo, de Ciui. Dei ca-  
pitul. 5. Diuus Augustinus scribit,  
scilicet, in Epyro esse fontem in qua  
faces ardentes extinguuntur, & ex-  
tinctæ accenduntur. Non minori  
quidem admiratione Coricesia di-  
gna videtur, qua aquam glaciari,  
libr. 24. capitul. 17. Plinius est au-  
ctor. Quæ omnia aliquis videns non  
cognita rerū natura, posset forrè ad-  
dæmonum præstigia referre, sed im-  
meritò quidē. Neq; enim statim vbi  
aliquid ignotū, & stupendū videm⁹,  
cōtinuò, p̄ supstitioso, aut magico est  
dam-

damnandum, sed prius nū naturali  
euentu possit cōtingere inquirendū.  
In Bohemia vno eodēq; tempore di  
uersis in locis tres hirci proximis an  
nis reperti fuerūt, è quorum vberib;  
copiosum lac mulgebatur, q; potum  
epilépticis auxilio erat. Hos capros  
vidisse, domiq; aluisse, & lactis peri  
culū fecisse. 3. epist. affirmat Matthio  
lus. Qua parte meritò admiratur lac  
hoc è s̄aguine genitū epilepticis me  
deri posse, cū auctore Dioscoride,  
li. 2. c. 39. hircinū iecur à quo sanguis  
vniuersus emanat, comitialib<sup>9</sup> adeò  
sit inimicū, vt si deuoretur ab illis, il  
lico deprehendantur. Nuper in Hi  
spania noua quædam planta reperta  
est, scuerzonera, vel scorzonera, hoc  
est, viperinaria appellata, quæ ijs,  
qui à vipera sunt cōpuncti tam præ  
sentaneum auxiliū affert, vt nullus  
cōpunctorum periclitari sit visus, qui  
protinus ab ic̄tu, radicis, vel foliorū  
suc-

succum transglutierit. Incolumes  
itidem seruat alios omnes quotquot  
venenatos ic̄tus sustinuerint. Qua  
propter demorsis à cane rabido præ  
stātius nihil posse auxiliari existimo,  
nam omnibus venenis resistit, illorū  
que vim miro quodammodo ener  
uat, infringitque. Qua de causa fa  
ctum est, vt in febribus pestilētibus,  
quæ hoc anno. 1571. per nostram  
Salmanticam, & per vniuersam Hi  
spaniam, cum maxima mortalium  
strage peruagantur, fœlici successu  
à medicis exhibeatur. Nam singulis  
diebus radix mansa, aut illius succus  
ebibitus ( si quid aliud pestilentix  
cōtagia abigit.) Dantur eadem vtili  
ter cardiacis, epilepticis, vertigino  
sis, tristibus, melancholicis, homines  
odio habētibus, quos Græci *μωσαυβω  
πες* vocant, iracūdis, animo linquen  
tibus, & corde palpitātibus. Ob quas  
& alias similes dotes apud omnes gē  
tes



*De hydrophobiæ naturæ*

tes in maxima est admiratione. Sed quid in recensendis naturæ miraculis moror? cùm si hoc facere vellē maius multò euaderet operis additamētum quam ipsum opus. Hæc tātūm exempla afferre in præsentī libuit, vt intelligatur naturę in huiuscemodi paruulis, & vt sic dicam minutulis, ingentem potētiam in homine non deficere. Neq; credere, aut diffidere debemus, virtutem, quam plantę, vel lapillo, aut bestiolę cuiuspiam fuit natura largita, homini abnegasse, aut largiri nō potuisse.

∞∞ Tēos. ∞∞

SALMANTICÆ  
Excudebat Ioannes Baptista à Terranoua.  
Anno Dñi. M. D. LXXI.

# RERVM NOTABI lium Index.



**A**ccidentia hydrophobicos comitantia.  
fol. 13. pag. 1

Adamas hircino sanguine rumpitur.  
fol. 30. pag. 2

Ætus, & alimenta calfacientia, & exiccãtia rabie  
excitant. fol. 3. pag. 2

Affectio rabiei quo tempore facilius curetur. folio.  
9. pag. 3.

Affectio nondum facta, separata causa efficiẽte ip-  
sam, breuiter sedatur. fol. 10. pag. 1

Affectio rabiei copiosa hameclatione mitescit. folio.  
53. pag. 2

Alltorum, & ceparum usus suspectus. fo. 58. p. 2

Aliqui rabierunt septem annis a morfu transactis.  
fol. 48. pag. 1

Antipathia quid? fol. 29. pag. 1

Antipathia hominis salinae cum uenenatis bestijs.  
fol. 77. pag. 1

Aque pauor proprium, & inseparabile rabidorũ  
indiciũ. fol. 13. pag. 2

Aqua fabri ferrarij contemnitur. fo. 57. pag. 1

A quibus sint arcẽ di morfi a cane rabido. f. 59. p. 2

Aristotelis locus interpretatur. fo. 26. pag. 1

Auicena error. fo. 16. pag. 2. & fo. 17. pag. 2. &  
fol. 67. pag. 1

## INDEX.

Auctoritas sententia circa causam paucoris aque. fo. 29. pag. 1.  
 Auxilia que sumuntur ad hoc morbi genus. folio. 47. pag. 1.

### C.

Cælius Aurelianus reprehenditur. fol. 14. pag. 1.  
 Canis solus rabie prehenditur. fo. 2. pag. 2.  
 Canes arcendi sunt ab alimentis actu, uel potitione caulis, et siccis. fol. 4. pag. 1.  
 Canis rabidi morsus malignitas. fo. 7. pag. 1.  
 Canis rabientis saluæ malignitas. fo. 7. pag. 1.  
 Canis rabientis saluæ malignitas. ibid. pag. 2.  
 Canis homini fidelissimus, et gratissimus. f. 12. p. 1.  
 Canis mōres laudatissimi. ibid. pag. 2.  
 Canes qui primogenia affectione rabiem cōtraxerunt, aquam formidant. fo. 22. pag. 2.  
 Canis rabidi morsus curatio. fo. 37. pag. 2.  
 Ex cancri antidotus. fo. 49. pa. 1. et qui cancri cōueniant, et quando uenandi. ibidem.  
 Cancri fluuiales marini humiliores. ibi. pag. 2.  
 Cancri non qualitate manifesta, sed occulta operantur. fol. 50. pa. 2. et fo. 51. pag. 1.  
 Carie, et Cretæ insulis mediterraneis rabies peccariis. fol. 6. pag. 1.  
 Causa procatharicæ rabiei. fo. 3. pag. 2.  
 Causa cur hydrophobici aquam timeant ex Ruffo. fo. 18. p. 2. que tanq̄ falsa refutatur. fo. 19. p. 1.  
 Circūstantiæ in sanguinis misione seruanda. f. 51. p. 2.

Chy-

## INDEX.

Clyster sola humoris multitudine interdum molestus. fol. 55. pag. 2.  
 Conciliator reprehenditur. fo. 48. pag. 1.  
 Corruptio indiget contemperamēto ex Galeno. 1. Aph. 17. fol. 57. pag. 2.  
 Cucurbita et eius utilitas. fol. 43. pag. 1.  
 Cur sub cornu iacere rabientes deregati. fol. 60. p. 1.  
 Cynorhodos facit ad rabientes. fo. 6. pag. 2.

### D.

Dentes cū reliquo corpore non cremantur. f. 80. p. 1.  
 Dissensio ab Aureliano. fo. 3. pag. 1.  
 Dissensio ab Aphrodiseo. fo. 5. pa. 1.  
 Dissensio ab Auerroë. fol. 34. pag. 1.  
 Dubium notandū de causa timoris aque in rabienti bus. fol. 18. pag. 1.

### E.

Erasmus deceptus in interpretatione cuiusdā Adagij. fo. 26. pag. 2.  
 Extrema remedia que sint. fo. 41. pag. 1.

### F.

Fascinationis medela. fol. 83. pag. 1.  
 Fistula ad bibendum. fo. 55. pag. 1.  
 Felicianus auctoris filius a fascinatione iudicatus. ibid. pag. 2.  
 Fortus ei similis redditur, cuius formam imaginata fuerit foemina coitus tempore. fol. 17. pag. 1.  
 Fracastorij error. fol. 41. pag. 2.  
 Fraudus quibus prani Psylli utuntur. fo. 63. pa. 1.

M 2

Frigus

INDEX.

- Frigus uehemens rabiei causa.* fol. 5. pag. 1  
 G.  
*Gallica lues.* & *Gallici dolores.* fol. 36. pag. 1  
*Gonorrhœa uirulenta.* ibidem.  
*Grana tritici integra.* & *mansa uulneris labia dilatan.* fol. 46. pag. 1  
 H.  
*Hippocrates aquæ pauoris nō memin.* fo. 35. p. 2  
*Hippocrates.* 1. *Aph.* 6. *extremis morbis extrema remedia conuenire adstruxit.* fo. 40. pag. 1  
*Hirudines suctus uicem gerunt.* fo. 43. pag. 1  
*Historia cuiusdam ruralis hominis.* fol. 20. pag. 2  
*Historia cuiusdam Bethicæ mulieris.* fo. 21. pag. 1  
*Humoris cont. actus, aut sonitus exagitant rabientes.* fol. 52. pag. 1  
*Hydrophobia definitio ex Cœlio.* fo. 1. pag. 2  
*Hydrophobiæ altera definitio melior.* ibid.  
*Hydrophobiâ imminētē quæ portēdant.* f. 15. p. 2  
*Hydrophobici non tantū uisa aqua sed ipsa audita tacta aut gustata perterrentur.* ibid. pag. 1  
*Hydrophobici imaginatricis facultatis uitio laborant.* fo. 25. pag. 2  
 I.  
*Ignis uenenū absumit sua efficacissima ui.* f. 45. p. 1  
*Interpretatio quorundam in Aristotelis sententiâ reprehenditur.* fol. 28. pag. 2  
*In uehementissimis malis non licet à paruis auxilijs inchoare.* fol. 40. pa. 2

Ima-

INDEX.

- Imaginationis potestas in foet<sup>o</sup> formatiōe.* f. 16. p. 2  
*Imaginationis in immutandis corporibus uis, & potestas.* fol. 68. pag. 2  
 L.  
*Lesio in hydrophobia, non in externis sensibus, sed in phantasia continetur.* fo. 54. pag. 2.  
*Librū de Theriaca ad Pisonem Galeni genuinum esse.* fol. 32. pag. 2  
 M.  
*Mania quomodo fiat ex Paulo.* fol. 2. pag. 1  
*Mantilia Carolo.* 5. *Imperatori à Magno Tartaro missa.* fol. 79. pag. 2  
*Matthioli incuria.* fol. 19. pag. 1  
*Matthiolus non affecutus est Aristotelis sententiâ* fol. 27. pa. 1. & *aliorū interpretatio.* ibid. pag. 2  
*Matthioli deceptio.* fol. 29. pag. 2  
*Medicus inscius altera ægrotanti fera.* fol. 38. pa. 1  
*Medicamentū ex Galeno ulcus referans.* fo. 46. pa. 1  
*Melancholici, opiniones quas ab initio semel cōceperunt, deinceps uite discursū pertinacissimè referunt.* fol. 21. pa. 2  
*Melancholia optimè à tēperata admirabiles facit in anima motus.* fol. 24. pag. 1  
*Melancholia ingeniosos, ac industrios homines efficit.* fol. 25. pag. 1  
*Membrum à lethali fera morsum interdum mutilā dum.* fol. 44. pag. 2  
*Ministros ad hoc malū quales esse oporteat.* f. 59. p. 2

M 3

Ma-

INDEX.

Morsus hominis uirulentus. fo. 6. pag. 2  
 Morsus canis rabidi inter contagiosos affectus non  
 recensetur. fol. 7. pag. 2  
 Multimodi qb<sup>9</sup> coguntur bibere egrotantes. f. 54. p. 1

N.

Novæ morborum generæ indices oriuntur. fo. 36. p. 1

O.

Obiectio quædam. fo. 31. pag. 2  
 Eiusdem solutio. f. l. 32. pag. 1  
 Obiectio alia, & eius solutio. fo. 33. pag. 1  
 Obiectio alia. ibidem.  
 Eiusdem solutio. fol. 34. pag. 1  
 Oculta proprietas solo experimento cognoscitur.  
 fol. 51. pag. 1  
 Oleum uetus pro oppobalsamo. fo. 46. pag. 1  
 Opinio Fracastorei de causa pauoris aque. f. 19. p. 2  
 Opinio aliorum. fol. 20. pag. 1  
 Opinio credentium, causam pauoris aque consistere  
 in canis imagine rabienti homini representatare  
 prehenditur. fol. 22. pag. 1  
 Opinio aliorum de causa pauoris aque. fo. 23. p. 1  
 que reprehenditur. ibid. pag. 2

P.

Philosophiæ studijs dediti, aut ingenio p̄clari, fuerunt  
 melancholici. fol. 24. pag. 2

Q.

Quæ indicet hydrophobicū posse sanari. f. 18. p. 1  
 Quæ morsui extrinsecus applicatur qualia esse debeant.

INDEX.

beant. fol. 38. pag. 2  
 Quæ demonstrant uenenum nondum ex uulnere  
 esse extractum. fol. 39. pag. 1  
 Quæ cicatricem remouentur. fo. 45. pag. 2  
 Quæ in uetusto malo peragenda. fo. 52. pag. 2  
 Qui euaserunt ex hydrophobia. fo. 9. pag. 2  
 Qui aquam pauerunt. fol. 14. pag. 2  
 Quid oporteat facere aquam formidantes ex Cælio.  
 f. 53. p. 1. & qb<sup>9</sup> modis cogatur eger bibere. ibi.  
 Quid faciant quidā curando hūc morbū. fo. 64. p. 1

R.

Rabiei seminariū i qb<sup>9</sup> humorib<sup>9</sup> recōdat. f. 48. p. 2  
 Rabiei indicia. fol. 11. pag. 1  
 Rabie nō oēs à cane rabido morsu afficiūt. f. 28. p. 1  
 Rabidorum dementiæ uariæ. fol. 33. pag. 2.  
 Rabies uetus malum. fol. 37. pag. 1  
 Rabia meminuit Homerus. ibid.  
 Rabiosorū animalū uulnera exigua, & scarificatio  
 nib<sup>9</sup> similia maxime formidanda. fo. 43. pag. 2  
 Rabies morborū omnium pestimus. fol. 47. pag. 2  
 In rabietū phācasta liquoris odiū collocat. f. 54. p. 2  
 Rabidorum uictus ratio. fo. 57. pag. 2

S.

Sartrix rabida facta. fo. 42. pag. 1  
 Sententia Celsi de lethargicis. fo. 53. pag. 2  
 Siccatas sola non est causa discordiæ ueneni canis cū  
 aqua. fo. 35. pag. 1  
 Suct<sup>9</sup> in canis rabidi morsu periculo ussugēti. f. 41

The-

## INDEX.

**Index** quibus circumstantijs utendum. fo. 42. pag. 2

T.

**Theriaca** extri sec<sup>o</sup> vulneri admota auxiliū est. f. 39

**De Theriaca.** fol. 47. pag. 1

**Theriaca** maiorem vim obtinet antea, quam post absumptum uenenum. ibid. pag. 2.

**Theriaca** qb<sup>o</sup> facultatib<sup>o</sup> cōmorssis p̄sidio sit. ibi. p. 2

V.

**Vega** reprehenditur. fol. 5. pag. 2.

**Venenū** post morsum canis rabidi latet aliquādiu. f. 7

**Venenum** canis rabidi magis infestum bestijs quam hominibus. ibid. pag. 2

**Venenū** ex succo ueratri cōfectū, aquæ, & liquorū affert desyderium. fol. 34. pag. 2

**Venenū** canis rabidi à siccissimis primordijs originem traxit. ibidem.

**Veneri** canis rabidi latens pernicies coniuncta cum fletitate. fol. 35. pag. 2

**Venenum** canis rabidi solo adhæsu exitiale. fo. 41.

**Venæ** sectio, & purgatio ab exterioribus ad interiores partes reuocant. fol. 50. pag. 2

**Vinū** hydrophobicis quale esse debeat. fo. 58. pa. 2

**Vinum,** & lac leui negotio alterantur. fo. 59. pa. 1

**Ulcera** si temporius quam par sit coalescant, quid faciendam. ibid. pag. 2

**Vitio** uenenatis iectibus p̄sidium longè efficacissimum. fo. 44. pag. 2

**Vulnera** diebus. 40. aperta seruanda sunt. fo. 45. p. 2

Finis Tabulæ.